


PA
8360
J8A7
1922

CORNELL
UNIVERSITY
LIBRARY





Cornell University Library

The original of this book is in
the Cornell University Library.

There are no known copyright restrictions in
the United States on the use of the text.

<http://archive.org/details/cu31924008359063>

TO
PROFESSOR JOHN BURNET
ON HIS COMPLETION OF THIRTY YEARS
AS GREEK PROFESSOR HERE

ST. ANDREWS UNIVERSITY
PUBLICATIONS, No. XV.

JULIAN OF TOLEDO

‘DE VITIIS ET FIGURIS’

Professor W. M. LINDSAY.

Published for St. Andrews University by

HUMPHREY MILFORD
OXFORD UNIVERSITY PRESS

London, Edinburgh, Glasgow, Copenhagen, New York,
Toronto, Melbourne, Cape Town, Bombay, Calcutta, Madras,
Shanghai

1922.

JULIAN OF TOLEDO

‘DE VITIIS ET FIGURIS’

Eleven years ago Prof. Funaioli wrote for an Italian journal (*Rivista di Filologia* xxxix, 42—79, 1911) a learned but very readable paper on the grammatical works of Julian, Bishop of Toledo 680—690, that ‘Isidorus Junior’ whose re-casting of the materials used by the great Bishop of Seville furnished interpolations in the Spanish MSS. of the *Etymologiae*. Full details of the literary relationship of Julian to Isidore we shall probably learn from Prof. Anspach’s long-promised publication of Isidore’s works in the Vienna Series of the Latin Church Fathers (if it ever appears).

Meanwhile I offer a critical edition (the first) of Julian’s treatise on rhetorical faults and figures. The witnesses cited are :

- E(rfurtensis), Erfurt Amplon. 10, ninth century ; described by Schum in the Catalogue of MSS. and by Funaioli (though I cannot, like him, accept Schum’s argument for South French provenance) ;
- F(loriacensis), Berne 207, ninth century ; described by Hagen (*Anecdota Helvetica*, p. cciv) and by Funaioli ;
- G(othanum fragmentum), Gotha II 193, eighth century ; described by Funaioli and collated for me by Ehwald ; it contains VI 58 ut tris—65 resurrectione, 109 *fin.*—similium congrua comparatio est—116 *fin.* ;
- L(aurissensis), Vat. Pal. 1746, of the first half of the ninth century ; described by Keil (*Gram. Lat.* v, 313) ; the MS. used by Cardinal Lorenzana for his unsatisfactory and now almost inaccessible edition of Julian’s grammatical works in 1797 ;

finally, under the symbol *Gl.*, glosses in the *Liber Glossarum* from this source. Of the *Liber Glossarum* (described by Goetz in vol. xiii of the Saxon's Academy's Transactions) the two leading MSS. have been used: Paris 11529—30 (written at Corbie) and Vat. Pal. 1773 (written at Lorsch), both of the early part of the ninth century. When the compiler blended Isidore—with Julian—material in these rhetorical glosses, the testimony of *Gl.* is weakened.

I. DE BARBARISMO. 1. Barbarismus est una pars orationis vitiosa in communi sermone, id est in soluta oratione. In poemate autem vel in carmine metaplasmus vocatur. Barbarismus dictus quasi a barbaris gentibus, dum Latinae orationis integritatem nescirent. 2. Inter barbarismum et solecismum hoc interest quod barbarismus in una tantum parte orationis fit, quando vitiosa in communi sermone, id est in prosa, enuntiatur; nam si in poemate vel in carmine fuerit, metaplasmus est. Solecismus autem non potest inveniri in una parte orationis, sed discrepantes aut inconsequentes in se dictiones habet. 3. Inter barbarismum et barbarolexin hoc interest quod barbarismus in nostra loquella fit, quando una pars orationis in communi sermone vitiose enuntiatur. Barbarolexis autem dicitur quando peregrina et barbara verba Latinis eloquiis inseruntur; ut siquis dicat 'mastruca,' 'cateia,' 'magalia.' Mastruca enim barbarum nomen est Latinis eloquiis insertum; cateias, hastas lingua Gallica; magalia, lingua Punica casae pastorales. 4. Omnis barbarismus duobus modis fit tantum, id est pronuntiatione et scripto; quia aut <in> scriptis hoc vitium invenitur, aut in pronuntiatione profertur quum non scriptis sed communiter loquimur. 5. Barbarismus qui bipertito modo fit, id est scripto aut pronuntiatione, quattuor species habet per quas barbarismus

I—II. *om. E.* 1. 1. vitiosa *om. F.* aũm (the Spanish autem-symbol) *L.* integritatis orationem *F.* 2. ser. eiusdem in p. *F.* aũm *L.* unam partem *FL.* increpantes *F.* inter se? (a better phrase, but not necessarily Julian's). 3. in n. lingua *F.* mastruga bar. (*om. enim F.* astae dicuntur I. G. m. vero I. P. c. p. dicuntur *F.* 4. tantum item autem p. aut. s. q. s. *F.* pron. nostr. prof. *F.* commune *F.* 5. Id est b. quia bip. *F.* detractio—asp. *L.*: adiectio

efficitur: id est adiectionem, detractiōem, inmutationem et transmutationem. Adiectio litterae, syllabae, temporis, toni, aspirationis; detractio litterae, syllabae, temporis, toni, aspirationis, <et cetera>. 6. Barbarismus per adiectionem litterae, sicut (Aen. 1, 30, etc.) 'reliquias Danaum,' quum reliquias per unum L dicere debeamus; et 'audiveram,' pro audieram; et 'legites,' pro legite; vel 'permicies' aut 'pater, frater,' quum pernicies, pater et frater dicere debeamus. 7. Per adiectionem syllabae, ut (Aen. 2, 25) 'nos abiisse rati,' pro abisse. 8. Per adiectionem temporis, ut (Aen. 1, 2) 'Italiam fato profugus Lavinia <venit>,' quum Italia correpta prima littera dicere debeamus. 9. Per detractiōem litterae, sicut 'infa<n>tibu' (Lucr. 1, 186) pro infantibus; et 'nutribam' pro nutriebam. 10. Per detractiōem syllabae, ut 'salmentum' pro salsamentum; vel 'paumentum' pro pavimento. 11. Per detractiōem temporis, ut (Aen. 1, 41) 'unū ob noxam,' pro unius. NI enim syllaba naturaliter longa est, et loco brevis est posita. 12. Per inmutationem litterae, sicut 'olli,' pro illi, I littera in O mutata. 13. Per inmutationem syllabae, ut 'permities,' pro pernicies. 14. Per inmutationem temporis, ut (Aen. 8, 677) 'fervere Leucaten'; quum fervere, si secundae coniugationis est, producte dici debeat. VE syllaba longa est et loco brevis est posita. (Leucaten vero montem dicit Apuliae ubi bellum gessit Augustus cum Antonio et Cleopatra). 15. Per transmutationem litterae, sicut 'Euandre,' pro Euandēr; vel 'intrepella,' pro interpella. Transmutatis enim litteris dicta sunt.

litterae fit autem scribto vel pronuntiatione F. 6. Adiectio litterae sicut L. legites! (cf. Audax 361, 25 legites, cum satis sit dicere legite). Apparently an impudent Greek contrast of λέγετε with legitis (as if λέγετε + S.). Not as below, 2, 15 (which looks like a question by way of an order). vel perm. —deb. om. L (and indeed these words seem alien. But was Julian incapable of adding them?). 8. Lav. om. L. italiam co. F. 9. s. infatibus F (ante corr.) L. et nutriram L. pro nutrieram L.: pro nutriveram F. 10. Per de. om. L. salmento pro salsamento L. Salmentum was a different word from salsamentum (Gram. Lat. v. 324, 14). But pavementum had become pavimentum, then paumentum. Cf. Ital. palmento (and pavimento). And yet there are persons who dare to say that the Brevis Brevians existed only in verse! Cf. merēbatur (Consent. 393, 22). 12. Inmutatione l. L. I—mut. om. L. 13. Per inm. om. L. ut permicies FL. But that is a mere change of a letter. 15. Consentius' example is (392, 22) 'interpertor' pro

16. Per transmutationem syllabae, ut 'displicina,' pro disciplina. 17. Per transmutationem temporis, ut siquis 'deos' producta priore syllaba et correpta posteriore pronuntiet. 18. Adiectio, detractio, inmutatio, transmutatio hoc inter se differunt quod adiectio dicitur quando integra parte orationis permanente una syllaba aut littera [qua] eidem parti[cipi] adicitur, sicut 'rel<l>iquias,' 'abiisse.' Detractio vero fit quando de integritate parti<s> orationis littera aut syllaba Latini sermonis detrahitur; quum de sermone quem proferre debemus aut litteram aut syllabam detrahimus, sicut 'infa<n>tibu[s]' vel 'salmentum.' Inmutatio fit quando in ipso loco ubi recta littera vel syllaba <alia littera vel syllaba> per inmutationem adponitur, sicut 'olli' pro illi, vel 'permities' pro pernicies. Iam vero transmutatio fit quando in sermone quolibet littera vel syllaba de loco suo in locum alterius transmutatur, sicut 'Euandre' vel 'displicina.' 19. Toni quoque, id est accentus, similiter per has quattuor species commutantur: per adiectionem, detractionem, inmutationem et transmutationem; nam et ipsi adiciuntur, detrahuntur, inmutantur et transmutantur. 20. Per accentum enim fit barbarismus quum aut acutus pro gravi aut gravis pro acuto vel alius pro quolibet ponitur; ut si dicam 'Métellus' (acutus accentus primae), quum in secunda sit acutus accentus, in prima gravis. 21. Per aspirationem fit barbarismus quando H littera aut adicitur ubi non oportet, sicut est 'ocius,' 'oculus,' 'orbis'; aut detrahitur ubi non oportet, sicut est 'homo,' 'honor,' 'honestus,' quae sine aspiratione scribi non oportet. Haec enim aspiratio sicut in

interpreter. 16. ut *F*: sicut *L*. 17. Per tr. *om. L*. ut *om. F*. 18. *om. L*. So we have only one witness for this paragraph. habiiset *F*. quando] quae *F*. Had the archetype the syllabic suspension QD? uel pernicies pro pernecie *F*. quolibet] For 'Euandre' is a Greek word. vel disciplinae *F*. On this schoolboy-joke see Amer. Journ. Phil. 37, 35. 20. cum ac. (*om.* aut) *L*. ponitur *om. L*. Cf. Charisius 265, 19 (where Keil misprints *sonos* for *tonos*); Audax 362, 17. Julian avoids the error of Isidore, whose transcribers have tried to remove it (Etym. 1, 18, 5). I hope that the Vienna edition of Isidore's *Etymologiae* sive *Origines* will avoid the error of supposing Isidore to have always written the truth and to have always quoted correctly. primi *FL*. cum inde sit secundi ac. *L*. ima *FL* (i.e. *Ima*), 21. Ocius—sicut est *om. L*. The shibboleth of a Spanish exemplar (or archetype) is the spelling *nicil*, *mici*. This last clause must be Julian's own

capite verborum aut ubi esse debet detrahitur aut ubi esse non debet apponitur, sic etiam et in mediis verbis fit; ut siquis dicat 'nicilum' per C litteram, non per H hoc scribens vel alia similia. **22.** Per hiatum fit barbarismus quotiens in pronuntiatione scinditur versus antequam compleatur, sive quotiens vocalis vocalem sequitur, ut 'Musae Aonides.' Hiatus enim scissio quaedam dicitur. Quodsi non compleat quis dictionis ordinem sed subdistinguendo inordinate pronuntiet; verbi causa, si volens quis dicere Hierosolymitanus dicat 'Hierosolymita-' et taceat subdistinguendo et postea dicat '-tanus,' hiatum facit; et reliquis sermonibus similiter hoc vitium invenitur. **23.** Ad hoc vitium pertinet si <in> prosa enuntientur nomina illa quae antiqua declinatione declinantur (Ennius Ann. 33) 'Albai Longai' dativum casum habentia quae in metaplasmis nominantur diaeresis, id est discissio syllabae unius in duas factae. **24.** Per iotacismus fit barbarismus quotiens in iota littera duplicatur sonus; ut 'Troia,' 'Maia,' ubi earum litterarum intantum exilis erit pronuntiatio ut unum iota non duo sonare videantur. **25.** Per labdacismus fit barbarismus si pro uno L duo pronuntientur, ut Afri faciunt dicentes 'colloquium' pro conloquio; vel quotiens unum L exilius, duo largius proferamus; quod contra est, nam unum L largius debemus proferre, duo autem exilius pronuntiare. **26.** Fit per motacismus barbarismus quotiens M litteram vocalis sequitur, ut 'bonum aurum,' 'iustum amicum.' **27.** Per conlisiones fit barbarismus quotiens novissimae syllabae finis in alterius principio est, ut 'mater terra.'

II. DE SOLECISMO. **1.** Solecismus est plurimorum verborum inter se inconveniens compositio, sicut barbarismus est unius verbi corruptio. Verba enim non recta lege coniuncta solecismus est, ut siquis dicat 'inter nobis,' pro inter nos; et

contribution (or his teacher's). **22.** qu. sc. L. gerosolimitanus L¹. et dicat H. F. et tac. et subd. po. tan. (om. dicat) L. fa. rel. ser. hoc (om. et, sim.) F. This example is aimed at a faltering reader in the Church Service. **23.** Ad hoc enim vi. pertinet F. prose enunt. F: prose nunt. L. no. il. antiquae declinationis L. facta F: factas L. 'Dative,' for genitive, is an old mistake (see my Latin Language, vi. 24). **24.** exilerit F. sonare om. L. **25.** dicentes om. L. contra es (corr. contrahis) L. **26.** Item per metacismus ba. F: Fit motacismus ba. L. II. **1.** positio L.

'date veniam sceleratorum,' pro sceleratis. 2. Inter solecismum autem et barbarismum hoc interest quod solecismus numquam in uno fit verbo sed in coniunctis duabus aut tribus vel plurimis partibus. Barbarismus autem singula verba corrumpit. 3. Solecismus dictus est a Cilicibus qui ex urbe Solo<e>, quae nunc Pompeiopolis appellatur, profecti, quum apud alios commorantes et suam et illorum linguam vitiose inconsequenterque confunderent, solecismo nomen dederunt. Unde et similiter loquentes solecismos facere dicuntur. 4. Qui errantes putant in una parte orationis fieri solecismum, si aut demonstrantes virum 'hanc' dicamus aut feminam 'hunc,' in hoc intellegant quia non est una pars ubi solecismus videtur esse sed duae. Quia, si praecedentes demonstrationes tollantur, id est hanc et hunc, et remaneant quae sequuntur, id est virum et feminam, nullus solecismus esse sine his demonstrationibus apparebit; et ideo, quando dicimus 'hanc virum' et 'hunc feminam,' iam non in una parte orationis sed in duabus solecismum facimus. Similiter interroganti quo pergamus <si> respondeamus 'Romae' vel unum salutantes 'salvete' vel 'gaudete' dicamus, non in una parte orationis sed in duabus solecismum facimus, quum interrogatio ipsa vel saluatio vim contextae orationis obtineat. 5. 'Scala,' 'quadriga,' 'scopa' vel similia quae secundum Donatum (393, 15; 376, 28) semper pluralia sunt barbarismi sunt, non solecismi. Nam quando singulariter enuntiatur 'scala,' quum pluraliter oporteat dici scalae, quoad una parte orationis hoc vitium invenitur, id est ut quod pluraliter dici debet singulariter dicatur, barbarismus est, quia sine adiectione alterius partis est. Similis ratio et pro huiusmodi nominibus reddenda est. 6. Solecismus fit duobus modis, aut per partes orationis aut per accidentia partibus orationis. Per partes orationis fiunt solecismi quum alia pars pro alia ponitur, ut (Aen. 7, 399) 'torvumque repente

2. sol. ba. (om. autem) L. sed con. duobus vel tr. F: sed in coniunctionibus duorum L. partibus om. F. verborum F. 3. solecismum ded. (om. no.) L. 4. pa. or. sol. fac. F. pa. sed in duabus solecismus facitur L. interroganti F. interrogati L. Therefore in the time of Donatus, from whom come these examples, the Romance use of *vos* for *tu* was not allowed. orationis om. F. solecismus facitur L. 5. semper om. L. op. dicere L. quoad L¹: quid in FL². 6. pars om. L. torvumque] the

clamat,' pro torve. Nomen pro adverbio positum est; debuit enim dicere torve clamat. 7. Item per partes orationis fit solecismus, ut (Aen. 6, 104) 'O virgo, nova mi facies,' pro mihi. Adverbium blandientis posuit ubi pronomen esse debuit. 8. Et quum praepositio non loco neque ut convenit ponitur, ut (Aen. 6, 502) 'cui tantum de te licuit?', pro in te; et 'apud amicum eo,' pro ad amicum. 9. Per accidentia partibus orationis tot modis fiunt solecismi quot sunt accidentia partibus orationis. Nomini accidit qualitas, et fiunt per qualitates nominum solecismi; ut si nomen proprium pro appellativo ponatur, sicut (Aen. 4, 661) 'hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.' <Dardanus> enim pro Dardanius, proprium pro appellativo posuit. Dardanus enim proprium nomen est, Dardanius autem appellativum est, deductum a Dardano; non enim solus erat Dardanius Aeneas sed et socii eius. Posuit ergo proprium pro appellativo et fecit solecismum in quarto libro Vergilius. 10. Per comparationes, sicut (Ennius Ann. 64) 'respondit Iuno Saturnia, sancta dearum,' pro sanctissima. Positivum gradum pro superlativo posuit et dixit 'sancta dearum' pro sanctissima; etenim genetivus casus pluralis superlativo gradui deservit. Sic enim dicimus: doctissimus poetarum; doctissimus enim superlativus gradus est, poetarum autem casus est genetivus pluralis. Ergo secundum istum ordinem non debuit ille dicere: respondit Iuno sancta dearum, sed: respondit Iuno sanctissima dearum. Nam sancta positivus gradus est ubi sanctissima dicere debuit et ponere superlativum gradum, ut diceret: sanctissima dearum, sicut: doctissimus poetarum. 11. Nam et si quis dicat 'magis doctior,' quum per se doctior dici debeat, solecismum facit. 12. Per genera, sicut (Lucr. 1, 571) 'validi silices,' et (Ecl. 6,

Spanish que-symbol in *F.* 7. per *om. L.* virquo *FL.* This must not be taken to mean that Virgil's *mi* here is actually the same word as *mi* in 'mi vir,' etc., but merely that it has the same form. esse *F.* ponere *L.* 8. non in loco *L.* 9. no. accedunt qu. *F.* sol. si (*om. ut*) *F.* Da. pro (*om. enim*) *F.* autem *om. L.* est-Dardano *om. L.* et *om. L.* posuit—Virg. *om. L.* 10. dixit—sanctissima *om. L.* etenim superlativus gradus genetivo plurali deservit *F.*: et genetivus casus pluralis superlativo hic deservire debuit gradui *L.* Sic enim—genetivus pluralis *om. L.* ergo si sec. *F.* sed sanct. (*om. resp. Iu.*) *L.* dearum—sa. de. si do. po. *om. L.* 11. quam *F.*

62) 'amarae corticis,' et (Plaut. Capt. 357) 'collus collari caret'; quum cortex <masculini> et silex generis sit feminini, licet et cortex incerti generis inveniatur; et 'collus,' quum dicere debeamus hoc collum et haec colla. 13. Per numeros, sicut (Aen. 1, 212) 'pars in frusta secant,' pro secat. Non enim secant pluraliter sed secat singulariter dici debuit, quia pars numeri singularis est. 14. Per casus, ut (Aen. 1, 573) 'urbem quam statuo vestra est,' pro urbs quam statuo. Urbem dicendo accusativum pro nominativo posuit. 15. Per modos verborum, sicut (Trag. inc. inc. 34) 'itis, paratis arma quam primum, viri,' pro ite, parate; quum recta sit loquutio ut dicatur: ite, parate arma. Indicativum modum pro imperativo posuit. 16. Per significationes, ut (Enn. Ann. 619) 'spoliantur eos et corpora nuda relinquunt.' Hoc non debuit dicere 'spoliantur' sed spoliant; aut si dicas 'balneum lavatur,' pro lavat. 17. Per tempora sicut (Aen. 3, 2) 'ceciditque superbum Ilium et omnis humo fumat Neptunia Troia,' pro cecidit et fumavit. 18. Per personas, sicut (Trag. inc. inc. 35) 'Danai qui parent Atridis quam primum arma sumite,' pro qui paretis sumite. Dicere enim debuit verbi causa: o vos Danai qui paretis Atridis arma quam primum sumite. 19. Per adverbia, ut 'intus eo,' pro intro; et 'foras sto,' pro foris; quum oporteat dicere intro eo et foris sto. Necnon et illud 'Italia venio,' 'ad Romam pergo'; quum praepositio nomini separatim addenda sit non adverbio. 20. Per praepositiones, quum alia pro alia ponitur, ut 'sub lucem,' pro ante lucem. Recta enim loquutio est si dicas: ante lucem ad te fui, non 'sub lucem.' Et quum dicit (Aen. 11, 686) 'silvis te, Tyrrhene, feras agitare putasti,' ut si diceret in silvis. In enim praepositio sublata est. 21. Per coniunctiones, sicut (Aen. 2, 37) 'subiectisque urere flammis.' Pro que enim ve dicere debuit, subiectisve. Et 'autem fieri non debet,' quum

12. cortices *FL.* colla rigaret *L.* sint *F.* lic. cor. (*om.* et) *L.* 14. usā (*the Spanish vestra-symbol*) *L.* quum *om.* *F.* 15. stis par. *F.* 16. rel. cum non *F.* spoliantur *om.* *L.* ut siquis dicat *L.* balneus *F.* Cf. Caper 104, 14 balneae, dic, lavant, non lavantur; ad homines utroque modo potest dici. 19. Per adverbium sicut *F.* fo. sto fo. (*om.* pro) *F.* non *F.* (cum Donat. 394, 16): prae *L.* 20. et cum dicis *FL.* ut dic. (*om.* si) *F.* 21. pro ue enim di. *L.* pro enim di. *F.* aūm *L.* aūm *L.* debuit *F.*

dicendum sit: fieri autem non debet. 22. In prosa enim, id est in oratione soluta, vitium factum solecismus dicimus; in poemate autem schema appellatur.

III. DE CETERIS VITIIS. 1. Acirologia est impropria dictio, ut (Aen. 4, 419) 'hunc ego si potui tantum sperare dolorem'; sperare dixit pro timere; [acirologia a-ciro—(ἀ-κυρο-), id est sine dominio] ut dum speramus bona, timeamus adversa. Et (Aen. 5, 287) 'gramineo in campo,' pro graminoso; et (Aen. 1, 191) 'nemorum silva frondea,' pro frondosa. 2. Kakenfaton est obscena enuntiatio vel in composita dictione vel in uno verbo, ut (Aen. 1, 193) 'numerus cum navibus aequat,' et (Ter. Andr. 933) 'arripe aures, Pamphile.' Et illud (Aen. 6, 407) 'tumida ex ira tum corda resident'; verte illud pronuntiatione et facis tumidā pro tumidā. Item Vergilius (Aen. 2, 303) 'arrectis auribus adsto'; item (Aen. 12, 251) 'arrexere animos'; et (Aen. 2, 27) 'Dorica castra'; item (Aen. 1, 579) 'his animum arrecti dictis et fortis Ac<h>ates.' Et si alio quolibet modo inconposita dictio profertur, kakenfaton est. 3. Pleonasmus est adiectio verbi supervacui ad plenam significationem, ut (Aen. 1, 614) 'sic ore loquuta est,' pro sic loquuta est; et (Geo. 2, 1) 'hactenus arborum cultus et sidera caeli,' dum non alibi nisi in caelo sint sidera. Et in Esaia (30, 21 Ital.?) 'aure audietis,' dum non possumus nisi aure audire. Et apud Ioannem (1 Ep. 1, 1) 'quem vidimus oculis nostris.' Et in Psalmo (38, 5) 'loquutus sum in lingua mea.' 4. Perissologia est supervacua verborum adiectio sine ulla vi rerum, ut 'ibant qua poterant, qua non poterant non ibant.' Item

22. schemata L. III. *Accedit E.* 1. po. renovare do. F. dicit L. domino Gl. sp. bo. speramus ad. L. gramineum in campum Verg. nemora inter frondea Verg. 2. inconposita dictio Gl. (cf. infra). irato (iurato F) corde codd. residunt Verg. 'Isidore' (Etym. 1, 34, 5), not seeing the true objection to Aen. 2, 27, mistakes Donatus' in composita for inconposita, a mistake into which Julian falls at the end (not the beginning) of the paragraph. item his—Ach. om. L. dictis om. EF (non Gl.). 3. est ut hact. E. dum. al. (om. non) L. sint] sunt? non nisi aure possumus L (non Gl.). et in Ps.—mea om. L. et in David F. 4. The first example, a stock-example in the Grammarians, looks like one of Lucilius' (dactylic hexameter) fanciful illustrations of the 'soloecism non genera atque vocabula centum,' mock-lines which are often fathered on Ennius. And his parodies of Ennius ('non ridet versus Enni gravitate minores?'), at least some of them, may have belonged to this

(Deuteron. 33, 6) 'vivat Ruben et non moriatur.' 5. Macrologia est longa sententia res non necessarias comprehendens, ut (Liv. frag. 64M.) 'legati non inpetrata pace retro unde venerant domum reversi sunt.' 6. Tautologia est eiusdem dicti repetitio vitiosa, ut 'egomet ipse.' Item Vergilius, ut (Aen. 1, 546) 'si fata virum servant, si vescitur aura aetheria neque adhuc crudelibus occubat umbris,' crebro repetita loquutio. Et in Georgicorum (2, 23):

hic plantas tenero abscidens de corpore matrum
deposuit sulcis; hic stirpes obruit arvo
quadrifidasque sudes et acuto robore vallos,

una res crebro adnuntiata. Hoc vitium diversis modis fit. 7. Eclipsis est defectus quidam necessariae dictionis quam desiderat praecisa sententia, ut (Aen. 1, 37) 'haec secum'; deest enim loquebatur. Item Lucanus (1, 1) 'bella per Emathios plus quam civilia campos'; deest gesta. Item (Aen. 4, 138) 'cui pharetra ex auro'; deest erat. Item (Aen. 1, 580) 'tunc pater Aeneas iamdudum'; deest erumpere nubem. Item (Aen. 1, 530) 'est locus Hesperiam Grai cognomine dicunt'; deest enim quam. Item (Aen. 1, 12) 'urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni'; deest enim quam. Item in Psalmo (138, 16) 'in libro tuo omnes scribentur; dies formabuntur, et nemo in eis'; deest enim; nemo in eis erit praeter dies, et veritatis luce inluminabuntur. Item (Psalm. 74, 7) 'quia neque ab Oriente neque ab Occidente neque a desertis montibus' (deest enim: patet via fugienti), 'quoniam Deus iudex est.' 8. Tapinosis est humilitas rei magnae non id agente sententia, ut (Aen. 2, 19) 'penitusque cavernas ingentes'; et (Ecl. 6, 76) 'Dulichias vexasse rates'; et (Hor. C. 1, 6, 6) 'Pelidae stomachum cedere nescii.' Si cavernas, quomodo ingentes? Item Vergilius (Aen. 1, 118) 'apparent rari nantes in gurgite vasto'; gurgite posuit pro mari. Item Lucanus (2, 571) 'Oceanumque vocans incerti stagna profundi.' 9. Est autem tapinosis

Satire. ib. qui *F*: ib. quia *E*¹. qui non *F*. 6. ego et ipse *L*. tenebro *L*. tenebras *F*. depos.—vallos *om*. *L*. 7. quem des. *codd*. praescissa *L*: recisa *F*. plus *om*. *F*. et pater *Aen. Verg.* dii form. *FL Gl.*. die firm. *E*. pr. diem sed. *codd*. inluminantur *L*. fugiendi *E*² *F Gl.* (vel. fugient): fugientibus *L*. 8. gurgitem pos. *E*²*L*. 9. rei *om*. *E*. est. *om*. *L*. oppr. *pl*.

miseria quae statum rei magnae dictis infirmat, ut est in Psalmo (21, 7) 'ego autem sum vermis et non homo [opprobrium hominum et abiectio plebis]'; quibus verbis vilibus inmensitas divina ostenditur. Item in Evangelio (Io. 10, 11) 'ego sum pastor bonus.' Et (Mat. 11, 7) 'quid existis in desertum videre? harundinem vento agitatam.' **10.** Kakosinheton est vitiosa compositio dictionum, ut (Aen. 9, 610) 'versaue iuuen-cum terga fatigamus hasta,' quum versa hasta cuspidē boves stimulamus ut exarent terram. **11.** Amphibolia est ambiguitas dictionis quae fit aut per casum accusativum, ut si quis dicat 'audio sequutorem retiariū superasse'; sequutorem dixit et non ostendit personam tacendo nomen. Sicut Apollo ad Pyrrhum (Enn. Ann. 179) 'aio te, Aeacida, Romanos vincere posse'; ubi non ostendit quem monstraret esse victorem. **12.** Fit et per incertam distinctionem, ut (Aen. 1, 263) 'bellum ingens geret Italia populosque feroces'; incerta significatio utrum bellum ingens an ingens Italia. **13.** Fit et per commune verbum, ut si quis dicat 'criminetur Cato,' 'vadatur Tullius,' nec addat quem vel a quo; nec ostenditur utrum ipsi alios an alii ipsos calumniati sint. Cato itaque philosophus aliorum crimina reprehendebat; Cicero, qui et Tullius, defensor causarum erat. (Vades enim dicuntur qui legaliter causas agunt.) Sed in hac ambiguitate non ostendit quem criminetur Cato vel pro quo agat Cicero. (Vadatur enim, id est causam agit.) **14.** Fit et per distinctionem, ut 'vidi statuam auream hastam tenentem.' Sicut quidam in testamento heredem suum statuit ut ab eo sibi poneret 'statuam auream hastam tenentem'; ubi fit ambiguitas an auream statuam ponere heres debeat aliquam hastam tenentem an statuam cuiuslibet materiae hastam solum auream tenentem. Et illud (Aen. 1, 130) 'nec latuere doli

om. codd. (non Gl.). quibus—ost. post bonus *E F Gl.* ost. et ego sum *F.* itēm—agitata *om. L.* in des. *om. E.* **10.** asta cuspis de vobis stimula mulus ut *E.* **11.** distinctionis *Gl.* ret. sup. sec. *om. E.* et non ost. *om. L.* Strange that Julian does not see the point here! -cide *F.* **13.** Fit et com. (*om. per*) *E*¹. al. per ipsos *FL.* cal. sunt *E.*: an cal. <aut vadati> sint? Cic. vero qui et *E.* amb. non oro te non ost. *L.* q. crimatur *C.* *E*¹ (-mina-*E*²): *om. L.* quo *om. E.* **14.** per] pro *E*¹. The Spanish (and early French) per-symbol is the Continental pro-symbol. quidem *L.* heredum *E*¹. statuit *om. F.* sibi *EFL*: si *Gl.* ponet *F.* amb. st. au. po. heredes de. al. ha. te.

fratrem Iunonis et irae'; utrum fratrem Iunonis an doli Iunonis incertum est. **15.** Fit et per homonymiam, ut siquis 'aciem' dicat et non addat oculorum aut exercitus aut ferri. Oculorum acies est ut (Aen. 6, 788) 'huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem.' Exercitus acies est ut (Aen. 9, 550) 'hinc acies atque hinc acies instare Latinas.' Ferri acies est ut (Aen. 2, 333) 'stat ferri acies mucrone corusco.' Fit praeterea plurimis modis quos recensere omnes, ne nimis longum sit, non oportet.

IV. DE METAPLASMO. **1.** Metaplasmus est transformatio quaedam recti solutique sermonis in alteram speciem metri ornatusve causa. Huius species sunt quattuordecim: prothesis, epenthesis, paragoge, aphaeresis, syncope, apocope, ectasis, systole, diaeresis, episynaliphe, synaliphe, e<cth>lip-sis, antithesis, metathesis. **2.** Metaplasmus Graeca lingua Latina transformatio dicitur. Qui fit in uno verbo propter metri necessitatem et licentiam poetarum. **3.** Fit metaplasmus per compositionem partium diversarum. Meta enim Graece per dicitur; plasmare, fingere; quod est componere vel transformare. Et fit hoc decorandi metri ratio. Barbarismus, in prosa vitium, in carmine metaplasmus est; quia sic in una parte orationis fit metaplasmus sicut barbarismus. Sicut et solecismus in poemate schema nominatur. **4.** Unde et dictio quae transformatione conponitur Graece metamorphoseos dicitur, sicut Ovidius scripsit libros quindecim vel Apuleius. Sed metaplasmus in una parte orationis fit, metamorphoseos vero in omni serie librorum. **5.** Omnes metaplasmi, quemadmodum pedes saepe de capite, saepe de medio, saepe de fine sibi contrarii sunt, sic et metaplasmodum species sibi contrariae sunt. **6.** Prothesis est adpositio quaedam ad principium dictionis litterae aut syllabae, ut 'gnato,' pro nato; et 'tetulit,' pro tulit. Adicitur G ut ostendat generate,—idem (Aen. 11, 181,

cuius manus ha. so. au. tenentem (sic) L. her. pon. F. **15.** per] pro E¹. fer. ac. est stat (om. ut) E.

IV. **1.** soluti om. L. me. ornatus necessitatisve F. **3.** Gr. pro di. (with the Spanish per-symbol) L Gl. sic barb. Gl. sicut sol. (om. et) L. **4.** Unde dic. (om. et) F. quae per transformationem L (non Gl.). scr. in libros F. quinque E. **6.** additur E. ut ostenderet generato F. Clear testimony to the form *gnate* in this line of Vergil. And the archaism would come well from the lips of a goddess. Idem-filio looks like a marginal adscript (of Julian's?)

etc.) 'gnato' filio,—(Aen. 1, 664) 'gnate, meae vires, mea magna potentia solus.' Terentius (Andr. 808) 'numquam huc tetulissem pedem,' pro tulissem. Sicut 'Gnaeus,' pro Naeo; sicut 'impulsus,' pro pulsus. 7. Epenthesis est adpositio ad mediam dictionem litterae aut syllabae, ut 'relliquias,' pro reliquias; 'induperator,' pro imperator. Hanc alii epenthessin, alii parenthesin nomine vocant; sicut 'relligio,' pro religio; sicut 'deditit,' pro dedit. 8. Paragoge est adpositio ad finem dictionis litterae aut syllabae, ut 'magis,' pro mage; et 'potestur,' pro potest. Hanc alii prosparelemsin appellant; sicut et Vergilius (Aen. 11, 660) 'bellantur pictis Amazones armis,' pro bellant; sicut 'estur,' pro est. Sedulius (Pasch. 2, 247) 'annuat ipse prius, sicut benedicier idem'; nam antiqui modo infinito passivo generi ER syllabam adiciebant. 9. Aphaeresis est ablatio de principio dictionis, ut 'mitte me,' pro omitte; et 'temno,' pro contemno; sicut 'age,' pro euge; sicut 'solvit,' pro dissolvit. Vergilius (Aen. 6, 620) 'discite iustitiam moniti et <non> temnere divos,' pro contemnere. 10. Syncope est ablatio de media dictione, contraria epenthesi, ut 'audacter,' pro audaciter; et 'commorat,' pro commoverat. Sicut 'audibat,' pro audiebat; et 'norat,' pro noverat. Sedulius (Pasch. 3, 43) 'quem norat <non> esse Dei; passimque catervas.' 'Forsan,' pro forsitan. Item 'terno mense suis redeunt; stata tempora metis,' pro statuta. Item (Aen. 1, 249) 'Troia, nunc placida compostus pace quiescit,' pro compositus. 11. Apocope est ablatio de fine dictionis, paragogae contraria, ut 'Achilli,' pro Achillis; et 'pote,' pro potest. Sicut † 'dixi,' pro dixit; sicut 'lectu,' pro lecturo.† Sicut 'sat,' pro satis,

or—if these are lecture-notes—a parenthetic remark by Julian in the middle of a sentence. idem] id est *codd.* generato fi. L: nato fi. F. s. (item F) repulsus FL (*non* GL). pulso L GL. 7. nom. voc.] dicunt F. relegio pro legio L. s. dedit E¹FL. pro cedit L. 8. si. Ver. (*om.* et) L. pic. bel. Verg. estur pro es L. an esto pro es (sed cf. potestur)? Sedulius-adiciebant *om.* E. prior F. passivi generis F. 9. pro *om.* me F. si. uge pro eu. F. *om.* L. The fashion (due to Greek teachers) of referring Latin words to a Greek source is responsible for this absurd explanation of age. 10. et comm.—audiebat *om.* F. si. audierat (*vel* -dir-) pro audierat (*vel* -dive-) GL. *om.* L. forsan-compositus EF GL. et cetera L. (So L. deliberately shortens.) 11. acille (ach-) pro acilles (ach-) *codd.* pro potis est *codd.* si. dixi—lecturo *om.* L (*non* GL): an si. dixit pro dixisse, si. luxu pro luxuria (cf. Anecd.

ut est illud 'suavibus effingas sat dia poemata metris.' 12. Isti sex metaplasmi qui supersunt sibi invicem contrarii sunt, sicut et sequentes similiter. 13. Ectasis est extensio syllabae contra naturam verbi, ut (Aen. 1, 2) 'Italiam fato profugus,' quum Italia correpta prima littera dicere debeamus. Corruptum: (Prudent. Peri. St. 9, 1) 'Sylla forum statuit Cornelius hoc, Itali urbem.' [Da longa. 'Italiam fato profugus Lavinaque venit.'] 14. Systole est correptio, contraria ectasi, ut (Aen. 4, 52) 'aquosus Orion,' quum Orion producte dici debeatur. Vergilius (Aen. 1, 535) 'quum subito adsurgens fluctu nimbosus Orion.' 15. Diaeresis est discissio syllabae unius in duas facta, sicut (Enn. Ann. 33) 'olli respondit rex Albai Longai.' Unde antiqui Albam et longam, quae sunt nomina primae declinationis, genetivum singularem in AS mittebant, dativum singularem in AI. 'Saülus Paulus Christi cum facta negaret.' (Dracont. Laud. 1, 119) 'Lux datur ante polum, lux clari causa diei.' 16. Episynaliphe est conglutinatio duarum syllabarum in unum facta, contraria diaeresi, ut 'Phaethon,' pro Phaëthon; 'Neri,' pro Nerei; 'aeripedem,' pro aëripedem; 'chors,' pro cohors. [Item Vergilius (Geo. 1, 397) 'tenvia nec lanae per caelum vel lera ferri.'] 17. Synaliphe est per interceptionem concurrentium vocalium lubrica quaedam lenisque conlisio, ut (Aen. 9, 1) "atqu' ea diversa penitus dum parte geruntur," pro atque ea. Haec a quibusdam synaeresis nominatur. Vergilius (Aen. 1, 5) 'multa quoque et bello passus dum conderet urbem'; (Aen. 11, 537) 'cara mihi ante alias, neque enim novus iste Dianae.' 18. Ellipsis est superiori contraria, consonantium cum vocalibus aspere concurrentium quaedam difficilis ac dura conlisio, ut (Aen. 1, 3) 'multum ille et terris iactatus et alto.' Item (Aen. 8, 192) 'stat domus et ingentem scopuli traxere ruinam.' Item (Ennius 625) 'o multum ante alias infelix littera theta.'

Helv. 280, 15)? illud *om. L.* 12. sequens *F.* 13. correpta est ut est *Sy. L.* da-venit *om. EF.* 15. albay longay . . ay (a Spanish spelling) *L.* unde-*AI om. E.* mittebant *F:* faciebant *L.* Julian 'combines his information' unhappily. 16. pro *Ph. om. L.* erip. pro *eurip. EF.* cors *EF.* item-ferri *om. FL.* 17. pro atque ea *om. L.* synaeresis] sincrisis *E.* cara-Di. *E Gl. . om. FL.* 18. Echthipsis? sup. *om. L.* item stat—theta *om. L.* It was this absurd theory of 'elision of -us in Virgil' which suggested to Leo his now

19. Antithesis est litterae pro littera positio, ut 'olli,' pro illi. Vergilius (Aen. 1, 254) 'olli subridens hominum sator atque deorum.' Sicut 'vonus,' pro bonus; sicut 'vivere,' pro bibere; 'optumus,' pro optimus. **20.** Metathesis est translatio litterarum in alienum locum, nulla tamen ex dictione sublata, ut 'Euandre,' pro Euander; et 'Thymbre,' pro Thymber.

V. DE SCHEMATIBUS. **1.** Schemata quibus eloquiis proferantur Latinis aut Graecis plurimi multa dixerunt, sed nullus vocabula eorum efferre potuit Latino sermone; sed his nunc appellationibus proferuntur quibus ea magistra Graecia nuncupavit. **2.** Schemata ex Graeco in Latinum eloquium figurae interpretantur; quae fiunt in verbis vel sententiis per varias dictionum formas. Quae dum variatim ponuntur, et fastidium auferunt et eloquium ornant; quantum tamen sibi vindicent laudis ipsa rerum natura demonstrat. **3.** Huius orationis generale nomen plasticon Graeci vocaverunt; speciale vocabulum narrationis <schemata>. **4.** Schemata lexeos sunt et dianoeas, id est figurae verborum et sensus. Sed schemata dianoeas ad oratores pertinent, id est ad philosophos; ad grammaticos, lexeos. Quae quum multa sint, ex omnibus necessaria fere sunt decem et octo. Quorum haec sunt nomina: prolemsis, zeugma, hypozeuxis, syllemsis, item syllemsis, anadiplosis, anaphora, epanalemsis, epizeuxis, paronomasia, schesis onomaton, paromoeon, homoeoptoton, homoeon teleuton, pollyptoton, hirmos, polysyntheton, dialyton. **5.** Prolemsis est praesumptio rerum ordinem sequuturarum antecedens, ut (Aen. 12, 161) 'continuo reges ingenti mole Latinus,' et cetera. Debuit enim dicere: interea reges ingenti mole procedunt castris; et statim adicere quod sequitur: procedunt castris; deinde dicere Latinus, et cetera. Sed facta est pro ornamento

exploded theory of a similar elision in Plautus. **19.** si. vonus—pro bib. *om. L.* an duonus? vivere pro vivere *E*: bibere pro bibere *Gl*: *om. F.* opt. pro opt. *om. E Gl.* **20.** Metalemsis *F.* est *om. L.*

V. **1.** Sch.—Graecis *om. E.* aut *F*: ut *L.* eor. voc. *F.* po. in Lat. *L.* tunc *F.* **2.** formas *om. L.* quantum—demonstrat *om. L.* tamen *om. F* (*non Gl.*). **3.** practicon *F*: pratticon *E.* **4.** sunt *om. E.* id est—dian. *om. E.* figura *F.* sensuum *L.* quum] dum *F.* et octo—nom. *om. E.* prolemsis *om. E*¹. **5.** antecedens *om. L.* interea reg. *Verg.* (cf. infra) ceteri *L.* en. sic dic. *L.* adicere—deinde *om. EF.* ceteri *EF.* et qui] equi *E.* quia]

praesumptio rei, et qui sequi debuerunt reges interpositi sunt in septem versibus, et postea additum est procedunt castris. Inde et praesumptio, quia anteposita sunt quae sequi debuerunt. Vergilius (Aen. 1, 565) 'quis genus Aeneadam, quis Troiae nesciat urbem?', dum anteponere debuit: non obtunsa adeo gestamus pectora Poeni. Item (Aen. 1, 678) 'ut faciem mutatus et ora Cupido'; et postea subiunxit: incendat reginam [atque ossibus implicet ignem]; quum prius ipsud dicere debuit: incendat reginam atque ossibus implicet ignem; et sic subiungere: ut faciem mutatus et ora Cupido [donisque furentem.] 6. Zeugma est unius verbi conclusio diversis clausulis apte coniuncta, ut (Aen. 3, 359) 'Troiu gena interpres divum qui numina Phoebi, qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis,' et cetera. In isto verbo sentis totas sententias conclusit. 7. Haec schema fit modis tribus. Nam aut in primo aut in medio aut in extremo id verbum ponitur quod sententias iungit. 8. In primo, ut (Lucil. 139) 'vertitur oenophoris fundus, sententia nobis.' 9. In medio, (Ennius Ann. 329) 'Graecia Sulpicio sorti data, Gallia Cottae.' 10. In postremo, (Ter. Andr. 67) 'namque hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit.' Item Cicero in Catilinam (1, 13) 'quae nota domesticae turpitudinis, quod privatarum rerum dedecus, quae libido ab oculis, quod flagitium a tuo corpore afit?' Item 'anguis pressa perit, fera telo, virque veneno.' Item 'anguis, aper, iuvenis pereunt vi, pondere, morsu.' 11. Hypozeugis est figura superiori contraria, ubi diversa verba singulis quibusque clausulis proprie subiunguntur, ut (Aen. 10, 149) 'regem adit et regi memorat nomenque genusque,' et cetera. Et illud 'vinolentia invitat, inflat superbia, iracundia inflammat, inquietat crudelitas, stimulat ambitio, delectat libido, praecipitat rapacitas.' 12. Sylleptis est dissimilium clausularum per unum verbum conglutinata conceptio, ut (Aen. 1, 16) 'hic illius arma, hic currus fuit.' 13. Hoc schema late patet,

qui *E*¹. dum] cum *F*. et post. subiun.] donisque furentem *L*. atque—ignem *om. EF*. don. fur. *om. EL*. 6. apt. con. div. cl. *F*. clari (clauri *E*¹.) *codd.* verba *E*. tota sententia *L*. 7. nam ut in *F*. 8. enforis *codd.* 9. In med. ut *L*. 10. aper] apro *L* (The Spanish per-symbol stood in the exemplar). veneno] venere *Gl*. 11. rapacitas *om. L*: ante inquietat *EF Gl*. 14. et al.

et fieri solet non solum per partes orationis sed et per accidentia partibus orationis. **14.** Sicut et aliter fit quum singularis dictio plurali verbo adligatur, ut (Ecl. 1, 80) 'sunt nobis mitia poma, castaneae molles et pressi copia lactis.' Item ut (Aen. 1, 554) 'sociis et rege recepto.' Nam ubi et pro multis unus et pro uno multi ponuntur, syllemis est. **15.** Pro multis unus est (Aen. 2, 20) 'uterumque armato milite complent,' quum non pro uno sed multis militibus diceretur. **16.** Pro uno multi, ut in Evangelio (Mat. 27, 44) 'latrones qui cum eo crucifixi erant inproperabant ei,' quum non ambo sed unus blasphemaverit Iesum. **17.** Fit autem syllemis multipliciter: per genera, ut (Aen. 1, 144) 'Cymothoe simul et Triton adnexus acuto'; feminino enim et masculino generi occurrit adnexus. **18.** Fit et per numeros, ut (Aen. 1, 554) 'Italiam sociis et rege recepto'; singulari numero pluralem concludit. **19.** Fit per genus et numeros, ut (Aen. 1, 583) 'classem sociosque receptos.' **20.** Fit et per casus, ut (Aen. 5, 461) 'tunc pater Aeneas procedere longius iras et saevire animis'; iras pro ira posuit, animis pro animo. **21.** Fit et per tempora, ut (Geo. 2, 1) 'hactenus arborum cultus et sidera caeli, nunc te, Bacche, canam. Praeterito et praesenti tempore subiunxit canam. **22.** Fit et per personas, ut (Aen. 3, 408) 'hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto'; tertiae enim et secundae personae occurrit. **23.** In Exodo pro multis unus (cf. Num. 21, 7) 'ora ad Dominum ut auferat a nobis serpentem,' pro serpentibus quas patiebatur populus. **24.** Et pro uno multi, ut in Evangelio defuncto Herode dictum est (Mat. 2, 20) 'mortui sunt qui quaerebant animam pueri.' Et Paulus apostolus in epistola ad Hebraeos, quum sanctorum passiones scriberet, dixit (11, 37) 'lapidati sunt, temptati sunt, secti sunt, in occisione gladii mortui sunt,' quum tantummodo Esaiam prophetam sectum Iudaei

fit quum (cum *F*) *F* *Gl.*: et al. fit ut *E*: item syllemis est cum *L*. adli-
quatur *E*. **15.** est ut ute. *E*. **16.** ut evangelium dicit *L*. Iesu *L*. **17.**
aũm *L* (the Spanish autem-symbol). mult. per gen. *E* *Gl.*: per gen. mult.
L: mult. (*om.* p.g.) *F*. **18.** per] pro *E*¹. **19.** Fit et per *F*. **21.** praet.
igitur et *L*. subvexit *L*. **22.** per *om.* *E*. tertiae—teneto *om.* *F*. **23.** *om.*
L (*non Gl.*). Dominum *F*: Deum *E*. **24.** defuncti enim sunt qui *F*.
āpsls, ēpsla (the favourite Spanish symbols) *F*. dixit *EL*: ait *F*. sec. s.

autument. **25.** Anadiplosis est congemminatio dictionis quae ex ultimo loco praecedentis versus et principio sequentis iteratur, ut (Aen. 10, 180) 'equitum pulcherrimus Astur, Astur equo fidens.' Item (Ecl. 9, 47) 'ecce Dionaei processit Caesaris astrum, astrum quo segetes gauderent frugibus.' Item (Ecl. 8, 55) 'certent et cygnis ululae, sit Tityrus Orpheus, Orpheus in silvis, inter delphinas Arion.' Item in Iudicum (5, 19) 'venērunt reges et pugnaverunt; pugnaverunt reges Chanaan in Thanac.' **26.** Anaphora est relatio eiusdem verbi per principia versuum plurimorum, ut (Aen. 1, 664) 'nate, meae vires, mea magna potentia solus, nate, patris summi qui tela Typhoia temnis.' Item (Aen. 3, 157) 'nos te Dardania incensa tuaque arma sequuti, nos tumidum sub te permensi classibus aequor.' Item (Aen. 3, 523) 'Italiam primus conclamat Achates, Italiam laeto socii clamore salutant.' Et in Numero (24, 3; 15) 'dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus est oculus, dixit auditor sermonum Dei.' Item in Evangelio, ubi beatitudines singulae in capite per singulas clausulas memorantur; (Mat. 5, 8) 'beati mundo corde,' 'beati mites,' 'beati pacifici,' et cetera. **27.** Epanalemsis est verbi in principio versus positi in eiusdem fine repetitio, ut (Geo. 2, 536) 'ante etiam sceptrum Dictaei regis et ante.' Item (Juv. 14, 139) 'crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.' Item (Juv. 15, 7) 'illic caeruleos, hic pisces fluminis, illic.' **28.** Epizeuxis est eiusdem verbi in eodem versu sine aliqua dilatione congemminatio, ut (Aen. 9, 427) 'me, me, adsum qui feci, in me convertite ferrum.' Item (Aen. 4, 660) 'sic, sic iuvat ire sub umbras.' Item (Cic. Cat. 1, 2) 'vivit, vivit, immo etiam in senatum venit.' Item 'tua, tua contra te dimicant arma.' Item 'o iuvenis, iuvenis, si nescis fingere versus.' Et in Esaia (21, 9) 'cecidit, cecidit Babylon.' **29.** Paronomasia est veluti quaedam denominatio, sub una significatione diversa dictio, ut (Ter. Andr. 218) 'nam inceptio est amentium, haud amantium.' Item

tem. s. L. **25.** antrum antrum *E Gl.* gaudet et fr. *codd.* cigni (gi-) *codd.* item in Iud.—Than. *om. E.* iudicium *FL.* tanai (tamn-) *FL.* **26.** revelatio *L.* obduratus *FL.* item in Ev.—et cet. *om. E.* per sing. *om. F.* be. m.c. *om. L.* **27.** So Julian's MS. of Juvenal had not substituted *aeluros* for *caeruleos*. *ceruleas F.* hio *E.* **28.** o *om. F.* **29.** deminatio *E.* item ipse

Cicero 'abire an obire te convenit?' id est exulem fieri aut mori. Item ipse 'qui locus religiosissimus, hic erit locus desertissimus.' Item 'et custodia sacrorum, non honorum, sed honoris a causa existimabitur.' 30. Fit autem paronomasia et per litteram demtam, ut illud 'non nomen habet ista sed omen.' 31. Aut per litteram commutatam, ut 'sapientis mensa convivium, stulti convitium est.' 32. Schesis onomaton est multitudo nominum coniunctorum quodam ambitu copulandi, ut (Ennius Ann. 276) 'Marsa manus, Peligna cohors, Vestina virum vis.' Item 'nubila, nix, grando, procellae, flumina, venti.' Item (Trag. fr. ?) 'imber, aestus, nix, pruina, silva et aura, nox, dies.' Item 'providula, larga, sollers, facunda, decora.' Item (Auson. Epigr. 70, 2) 'ius, aqua, mel, vinum, panis, piper, herba, oleum, sal.' 33. Parhomoeon est quum ab isdem litteris diversa verba sumuntur, ut (Enn. Ann. 109) 'o Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.' 34. Sed bene hoc temperat Vergilius, dum non toto versu utitur hac figura ut Ennius, sed nunc in principio, nunc in fine. Ut sunt hi: (Aen. 1, 295) 'saeva sedens super arma et centum vinctus aenis'; item in fine (Aen. 3, 183) 'sola mihi tales casus Cassandra cane-bat.' 35. Homoeoptoton est quum in similes casus exeunt verba diversa, ut (Enn. Ann. 103) 'maerentes, flentes, lacrimantes, conmiserautes.' Item (Aen. 12, 903) 'sed neque currentem se nec cognoscit euntem, tollentemque manu saxumque inmane moventem.' Item Cicero (Cat. 2, 1) 'tandem, tandem aliquando, Quirites, Lucium Catilinam furem audacia, scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molientem, vobis atque huic urbi ferro flammaque minantem.' 36. Homoeon teleuton est quum simili modo dictiones plurimae finiuntur, ut (Enn.

—exist. om. L (non Gl.). custodiam sacrarum E. 30. autem om. L. et om. L. iste sed o. ha. L (non Gl.). 31. Et per L. ut] et E. sapiens L. stulti L: saluti EF Gl. (a curious error of the archetype. Spanish *t* resembles *a*). 32. coni. quae qu. L. quod ambitu E¹: quodam habitu L (non Gl). copulata Gl. ut om. E. magna man. codd. festina codd. (a Spanish substitution of *f* for *v*). silva et] sol et?? item nub.—decora om. L (non Gl). procella F. The *prō-* suggests to me an early poet (Ennius?, Lucilius?). extus F. providula E Gl.: provida F. solers E². 33. sumuntur EL: iunguntur F. 35. manus L. Cic.] Vergilius L(!) Lucium—minantem om. L(!) famemque F. 36. similitudo dict. F. fiuntur E. relinqui reu hei E: relinquere vehi (vei F) FL: vix rel. rēvehi. abscessit etiam Isid. (Etym.

trag. 358) 'eos reduci quam relinqui, devehi quam deseri malui.' Item (Cic. Cat. 2, 1) 'abiit, abscessit, evasit, erupit.' 37. Item quotiens medii et postremi versus consonantia est, ut illud (Ovid. Am. 1, 2, 40) 'plaudit et appositas spargit in ore rosas.' 38. Polyptoton est multitudo casuum varietate distincta, ut (Aen. 4, 628) 'litora litoribus contraria, fluctibus undas inprecor, arma armis; pugnent ipsique nepotesque.' Item (Persius 3, 84) 'ex nicilo nicilum ad nicilum nil posse reverti.' Item Persius (5, 79) 'Marci Dama, papae! Marco spondente recusas? Marcus dixit, ita est; adsigna, Marce, tabellas.' Item 'hic tuus pater? patrem hunc appellas? nunc tibi patris nomen venit in mentem?' 39. Hirnos est series orationis tenorem suum usque ad ultimum servans, ut (Aen. 6, 724) 'principio caelum ac terras camposque liquentes lucentemque globum lunae Titaniaque astra spiritus intus alit,' et cetera. Item Vergilius (Aen. 1, 159) 'est in secessu longo locus, insula portum,' et reliqua. Hic enim in longum vadit sensus usque ad illum versum: horrentique atrum nemus inminet umbra. 40. Polysyndeton est multis nexa coniunctionibus dictio, ut (Aen. 2, 262) 'Acamasque Thoasque Pelidesque Neoptolemus,' et cetera. Item (Geo. 3, 344) 'tectumque laremque armaque Amyclaeumque caenam.' Item (Aen. 7, 186) 'spiculaque clipeique ereptaque rostra carinis.' Et Lucanus (7, 541) 'vivat Galataeque Syrique, Cappadoces Gallicae extremique orbis Hiberi.' 41. Dialyton vel asyndeton est figura superiori contraria, carens coniunctionibus, ut (Aen. 4, 594) 'ite, ferte citi flammas, date tela, impellite remos. Item 'venimus, vidimus, placuit.'

VI. DE TROPIS. 1. Tropus est dictio translata a propria significatione ad non propriam similitudinem ornatus necessitatis causa. Quos alii ex Graeco in Latinum vocant loquutionis modos. 2. Quorum omnia nomina difficillimum est adnotare;

1, 36, 16). eripuit *E*. 37. -det -get . ora *Ovid*. 38. item ex—tabellas *om. L (non Gl.)*. nihilo *EF*. nicilum ad nicilum *E*: nih. ad nih. *F*. nihil *E*: *om. F*. est ut signa *F (non Gl.)*. nunc *L (cum codd. Rutil. 1, 10)*: hoc *EF Gl*. 40. Polisindeton *codd. (et Gl.)*. orbis *om. EF Gl*. 41. vel as. *om. F*. asyndeton *EL (et Gl.)*. superiora *E*. item—plac. *om. L*. ven. vivimus *F*. In Lib. Gloss. this sentence appears s.v. Brachylogia.

VI. 1. d. lata translata *F*. alii] abi *E*. in Graeco in latinum *F*: in

sed ex omnibus tredecim Donatus (399, 14) usui tradenda conscripsit. Quorum haec sunt nomina: metaphora, catachresis, metalemsis, metonymia, antonomasia, epitheton, synecdoche, onomatopoeia, periphrasis, hyperbaton, hyperbole, allegoria, homoeosis. 3. Metaphora est rerum verborumque translatio. Haec fit modis quattuor: ab animali ad animale, ab inanimali ad inanimale, ab animali ad inanimale, ab inanimali ad animale. 4. Ab animali ad animalc, ut (Varro Atac. fr. 2) 'Tiphyn aurigam celeris fecere carinae'; nam et auriga et gubernator animam habent. Item (id.?) 'aligeros conscendit equos.' Ecce hic miscuit quadrupedi alas avis, quia et quadrupes et volatile animam habent. Item et (Ecl. 6, 80) 'quo cursu deserta petiverit'; miscuit volatili cursum. 5. Item in Apocalypsi (5, 5) leo Christus; item leo Diabolus. Et in Exodo (19, 18?) iratus est Dominus et descendit; et similia quae ex humanis motibus transferuntur ad Deum. Item in Evangelio (Io. 15, 1) 'Pater meus agricola est.' 6. Ab inanimali ad inanimale, ut (Aen. 5, 8) 'pelagus tenuere rates'; nam et rates et pelagus animam non habent. Item ut 'pontum pinus arat'; nam et pinus et pontus animam non habent; item 'sulcum premit alta carina.' Miscuit usum terrae aquis, dum arare et sulcum premere ad terram pertineat, non ad mare. 7. Ab animali ad inanimale, ut (Aen. 4, 248) 'Atlantem cinctum adsidue cui nubibus atris piniferum caput,' et cetera. Nam ut haec animalis sunt, ita mons animam non habet cui membra hominis adscribuntur. Item (Isai. 55, 12) 'plaudent manu omnia ligna silvae.' Item (Psal. 64, 13) 'exultatione colles accingentur.' Item (Psal. 113, 4) 'montes exultaverunt ut arietes et colles velut agni ovium.' Item (Zach. 11, 2) 'ulula, abies, quia cecidit quercus Basan.' Item Sedulius (Pasch. 1, 160) 'Christus erat panis, Christus petra, Christus in undis.' Item ut (poeta apud Aug. doct. Christ. 3, 7, 11):

tu, Neptune pater, cui tempora kana crepanti

latino et graeco L. loquutionum E. 4. celeres facere (fec- E²) codd. habet E Gl. ascendit FL. 5. It. quadrupedes in L (non Gl.). de. est sim. E. ad Deum EL. ad Dominum F. pater om. F. 6. an ut <ut> pel.? potum pi. erat E. item ut—habent (-bet E) om. L. pertineat EL: pertinet F. 7. animali sunt L. manum E. item mon.—ovium om. EGl. kanna E. cui

cincta salo resonant, magnus cui perpete mento
profuit oceanus et flumina crinibus errant.

Mentum enim, tempora et crines non ad oceanum pertinent sed ad homines. Sic et alia rerum nomina de alio genere in aliud genus decentissime decoris gratia transferuntur ut loquutio perornetur. Et in Evangelio (Io. 15, 1) 'ego sum vitis vera.' **8.** Ab inanimali ad animale, ut (Aen. 11, 369) 'si tantum pectore robur concipis.' Nam ut robur animam non habet, ita Turnus, cui haec dicuntur, animam habet. Item 'florida iuventus'; miscuit flores inanimales iuventuti animali. Item (Aen. 8, 660) 'lactea canities'; quum canities in homine sit, adiunxit inanimale lactea. Item (Ezech. 11, 19; 36, 26) 'lapideum cor' Iudaeorum. **9.** Scire autem debemus esse metaphoras alias reciprocas, alias partis unius. Partis unius est sicut quum fit translata loquutio, ut hoc: 'fluctuare segetes,' 'gemmae vites'; dum in his rebus fluctus et gemmas non invenimus. **10.** Sed eae atque aliae tropicae loquutiones ad ea quae intellegenda sunt propterea figuratis amictibus obteguntur ut sensum legentis exerceant et ne nuda atque in promptu vilescant. Eae tropicae dictiones propter decorem eloquii vel intellegentiam sensus alio ex alia significantia referuntur. **11.** Metaphora autem aut partis unius est, ut 'fluctuare segetes,' 'gemmae vites,' quia non potest dicere segetare fluctus; aut antistrophica, id est reciproca, ut 'remigium alarum.' Nam alae navium et alarum remigia dicuntur. **12.** Catachresis est usurpatio nominis alieni, ut 'parricidam' dicimus qui occiderit fratrem, et 'piscinam' quae pisces non habet. Haec enim nisi extrinsecus sumerentur, suum vocabulum non haberent. **13.** Catachresis est alienae rei nomen adpositum. Haec a metaphora differt quod illa vocabulum habenti largitur; haec, quia non habet proprium, alieno utitur. **14.** Item (Aen. 5, 157) 'nunc una ambae iunctaeque feruntur frontibus et longa sulcant

prope timento profuit *E.* perornetur—vera *om. L.* et in Ev. *F.* item *E.* **8.** h. d. *E GL.* : haec dr (*i.e.* dicitur) *F.* : hoc dicitur *L.* item flo.—animali *om. L.* (*non GL.*). iubenti an. *E.* in hom. *EL.* : de hom. *F.* **9.** aũm *L.* recipr.] recepcaus *E.* ut est hoc *E.* **10.** Sed et aliae tr. *F.* ne *om. L.* (*non GL.*). dictiones *FL.* : loquutiones *E.* al. ex alio *EF.* **11.** aũm *L.* ut pa. *E.* ant. est *E GL.* al. avium *L GL.* **12.** ut] u *E.* occidit *L.* piscinam] From Aug. Doct. Christ. 3, 29, 40. **13.** illi voc. *L.* **14.** nũc (a Spanish nunc-

vada salsa carina.' Frons quippe tantundem animalium et hominum est; quod nomen si poeta navi non apposuisset, quid proprium eidem parti diceret non haberet. Sicut et cetera.

15. Metalemsis est dictio gradatim pergens ad id quod ostendit, ut (Aen. 1, 60) 'speluncis abdidit atris.' Et (Ecl. 1, 69) 'post aliquot mea regna videns mirabor aristas?' Per aristas annos ex fructibus computat; nam per aristas grani, per granos anni significati sunt pro eo quod per singulos annos sata colliguntur.

16. Dicta autem metalemsis ab eo quod praecedit id quod sequitur, ut (Aen. 2, 229) 'scelus expendisse merentem.' Scelus enim posuit pro poenam. Item Persius (3, 11) 'quae manus cartae nodosaeque venit arundo.' Nam per manum verba, per arundinem litterae significatae sunt. Item Varro (Menipp. 578) 'ponam bisulcam et crebrinodam arundinem.'

17. Metonomasia est quaedam veluti transnominatio. Huius multae sunt species. Aut enim per id quod continet id quod continetur ostendit, ut (Aen. 7, 133) 'nunc pateras libate Iovi.' Aut contra, ut (Aen. 1, 724) 'vina coronant.' Aut per inventorem id quod inventum est, ut (Ter. Eun. 732) 'sine Cerere et Libero friget Venus.' Aut contra, ut (Plaut. fr. 159) 'Vinum precamur, nam hic deus praesens adest.' Haec exempli causa diligentibus posita etiam reliqua demonstrabunt[ur].

18. Metonymia est dictio ab alia significatione ad aliam proximitatem translata, veluti transmutatio. Fit autem multis modis. Per continentem id quod continetur significat, ut (Aen. 7, 133) 'nunc pateras libate Iovi.' Aut contra, ut (Aen. 1, 724) 'vina coronant.'

19. Item in Evangelio Dominus (Io. 15, 18) 'mundus vos odit,' pro his qui in mundo sunt. Item in Evangelio(!) (2 Cor. 5, 21) 'qui non noverat peccatum pro

symbol) *L*¹. conjuncteque *L*: iunctisque *Verg.* salsa] saxa *codd.* dum facies et frons tan. *Gl.* (tantundem for tantummodo is a usage of Julian). **15.** aliquid *E*: aliquid *F*¹*L.* frugibus *E Gl.* **16.** aüm *L.* poena *FL.* prosius *EL Gl.* (through mistake of the Spanish per-symbol). inque ma. ca. (nom. plur.) *Persius.* vissulcam *E.* crebrinodam *E Gl.* (some MSS. have crebrisnodam): crebrinodosam *FL.* The Varro-citation is more welcome than apt. It is not an addition by Julian (or e.g. his teacher Eugene) from a Spanish MS. of Varro (or from a marginal note in a Spanish MS. of Persius), what else can it be? **17.** Metonomia *E.* adest] est *F.* **18.** aüm *L.* Clearly Julian borrows from two grammars (cf. 23). **19.** Dominus

nobis peccatum fecit,' id est hostia pro peccato. Item (Osee 4, 8) 'peccata populi mei comedent,' id est oblationes quae pro peccatis offeruntur. 20. Item Apostolus (Ephes. 5, 16) 'quoniam dies mali sunt,' pro his qui in diebus mali sunt, quia dies mali esse non possunt. Et Psalmus (22, 5) 'et calix tuus inebrians,' dum non calix inebriat sed hoc quod intra calicem est. 21. Sicut et de domo <'laeta'>, propter laetitia eorum qui in domo sunt. Et Vergilius (Aen. 7, 224) 'Europae atque Asiae fatis concurreret orbis'; non quod orbis, sed qui in orbe. Item (Aen. 2, 265) 'invadunt urbem somno vinoque sepultam'; urbem pro hominibus significans dixit. Item 'theatra plaudunt,' 'prata mugiunt,' quum illic homines plaudunt, hic boves mugiunt. 22. Item contra per id quod continetur id quod continet, ut (Aen. 2, 311) 'iam pr<ox>imus ardet Ucalegon,' dum non ille sed domus eius arderet. Item (Aen. 5, 817) 'iungit equos auri genitor spumantiaque addit frena feris'; spumantia frena dixit, quum non ipsa spument sed ab eo qui ea continet spumis conspargantur infusis. 23. Aut per inventorem id quod inventum est, ut (Ter. Eun. 732) 'sine Cerere et Libero friget Venus.' Nam interdum per inventorem inventum significat, ut est hoc quod superius dictum est: sine Cerere et Libero friget Venus; et (Aen. 9, 76) 'commixtam Vulcanus mittit ad astra favillam.' Vult enim per Cererem panis inventricem intellegere panem, per Liberum inventorem vitis vinum, per Venerem concubitus, per Vulcanum ignem. 24. Item ut (Plaut. fr. 159) 'Vinum precamur, nam hic deus praesens adest'; per inventum inventorem dixit. Ut 'vinum precamur,' (Aen. 1, 734) 'adsit laetitiae Bacchus dator et bona Iuno.' 25. Item per efficientem id quod efficitur, sicut 'laeta epistula' dicitur sig-

om. F. item eum qui E. (the exemplar had eū 'evangelio'). 20. āpsls F. quia FL: quum E. dum non] nondum FL. inebriet E. 21. Verg.] veribus EFL Gl. (So a faulty text of Julian was shared by all). factis concurrat (-et L²) FL. hominibus FL: civibus E Gl. 22. primus etiam Gl. auro Verg. fr. addixit E. ab eo (habeo E) EF Gl. ab equo L. consparguntur F. 23. Aut pro E. What inartistic patchwork! vult] ut FL. intellegeret F. 24. adest] est E. Bacchus] vultus F. This last sentence looks like a marginal adscript (Julian's?) or the side-remark of a lecturer (presumably Julian). 25. ēpsla F. quo leta F. quos legentes L (non Gl.). efficitur leto F.

nificans eorum laetitiam quos lecta efficit laetos. Item sicut 'pigrum frigus,' eo quod pigros faciat; et 'timor pallidus,' eo quod pallidos homines faciat; sicut et 'pallida mors' et 'tristia bella.' **26.** Item per subiectum dominantem significans, ut (Aen. 2, 510) 'inutile ferrum cingitur'; non quod inutile ferrum esset, sed quia ipse inutilis erat qui gerebat. **27.** Antonomasia est significatio vice nominis posita. Quae fit modis tribus: ab animo, a corpore, et extrinsecus. **28.** Fit vice nominis, ut (Aen. 1, 297) 'haec ait et Maia genitum dimittit ab alto'; genitum dixit pro Mercurio filio. Item (Aen. 1, 338) 'Punica regna vides, Tyrios et Agenoris urbem'; urbem dixit pro Cartagine. **29.** Hic tropus fit modis tribus. Ab animo, ut (Aen. 5, 407) 'magnanimusque Anchisiades.' A corpore, ut (Aen. 3, 619) 'ipse arduus.' Extrinsecus, ut (Aen. 1, 475) 'infelix puer atque inpar congressus Achilli.' Item (Aen. 1, 212) 'pars in frustra secant veribusque trementia figunt.' **30.** Epitheton est praeposita dictio proprio nomini. Nam antonomasia vicem nominis sustinet, epitheton numquam est sine nomine; ut (Aen. 3, 211) 'dira Celaeno,' et (Aen. 11, 657) 'di[v]a Camilla.' **31.** Fit etiam epitheton modis tribus: ab animo, a corpore, et extrinsecus. **32.** His duobus tropis vel vituperamus aliquem vel ostendimus vel ornamus; ut (Geo. 1, 7) 'alma Ceres,' (Ecl. 3, 33) 'iniusta noverca,' (Geo. 1, 470) 'obsценique canes inportunaeque volucres.' **33.** Sed antonomasia in vice nominis ponitur; epitheton autem numquam sine nomine, ut (Rhet. frag.?) 'audax Cratinus, iracundus Eupolis, grandis Aristophanes.' **34.** Synecdoche est significatio pleni intellectus capax quum plus minusve pronuntiet. Aut enim a parte totum ostendit, ut (Aen. 1, 399) 'puppisque tuae pubesque tuorum.' Aut contra, ut (Aen. 1, 114) 'ingens a vertice pontus in puppim ferit'; et (Aen. 12, 119) 'fontemque

sicut *om. F.* fac.—homines *om. F* (sed post bella add. eo quod pall. hom. fac.) **26.** per] pro *E.* subiectam *E.* quia] qui *E.* **27.** et *om. F Gl.* **28.** Quid (et *Gl.*) vi. no. et haec *E.* **29.** trem. fi. *om. F.* **30.** dic. proprii nominis *FL* (non *Gl.*). nam *om. E.* est *om. L.* et] ut *L* (non *Gl.*). **31.** et *om. F.* extr. sicut antonomasia *E.* **32.** invisa nov. *FL.* **33.** aum *L.* nu. est si. *E.* audat*E.* audatum *L.* audactum *F.* gratinus *codd.* iracundum *FL.* ippolidos *F.* yppolidos *L.* ippolides *E.* arisfanis *E Gl.* . arisfanis *F.* abisfanis *L.* **34.** ferebat *E Gl.*

ignemque ferebant.' 35. Meminisse autem debemus, quum fit a parte totum, ab insigni parte faciendum. 36. Dictum autem synecdoche quum a parte totum, plus minusve significat quam pronuntiat. Modo enim <a> toto pars intellegitur, modo parte nominata totum accipitur. 37. Eo enim et per speciem genus et per genus species demonstratur. Sed species pars est, genus autem totum; a toto enim pars intellegitur, ut (Aen. 6, 311) 'quam multae glomerantur aves ubi frigidus annus <trans> pontum fugat.' Non enim totus annus frigidus est sed pars anni, id est hiems. 38. A parte totum, ut (Aen. 1, 399) 'puppisque tuae pubesque tuorum.' A puppibus enim totam navem significat, a pube totos homines. 39. Aut contra significat, ut (Aen. 1, 114) 'ingens a vertice pontus in puppim ferit,' et (Aen. 12, 119) 'fontemque ignemque ferebant.' Non enim totum pelagum fuisse dixit sed partem pelagi, id est fluctum. 40. Et 'fontemque ignemque ferebant'; ut (Aen. 2, 256) 'flammas quum regia puppis extulerat,' ubi non solum puppis sed navis, et non navis sed qui in ea, et non omnes sed unus flammas extulit. 41. Sic et illud pars pro toto accipitur dicente eodem poeta (Aen. 1, 284) 'quum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenae servitio premet ac victis dominabitur Argis.' Per unam civitatem Mycenae totam Graeciam serviendam Romanis significavit. 42. Et in Scripturis sanctis hic tropus a parte totum, id est ab specie ad genus; sicut illud in Esaia (19, 19) 'in die illo erit altare Domini in medio terrae Aegypti,' dum non solum in Aegypto sed in toto mundo. Item in Psalmo (77, 45) 'inmisit in eis muscam caninam,' quum non una sed diversae muscae totam repleverint Aegyptum. 43. Item e contra, a genere ad speciem, sicut de Ninive legitur (Nahum 3, 9?) 'non erit' inquit 'finis gentibus illis,' quum

35. aũm L. 36. aũm L. plus minusve] plurimumve FL. quam] cum F. (Therefore F, or its exemplar, was in the habit of changing *quum* to *cum*). enim om. L. tota pars E GL: tot partes FL (In L the Spanish spelling *toht*, apparently corrected to *totum*). toht acc. L. 37. pro (the symbol) ispeciem E. per] pro E. aũm L. frig. sed (om. est) L. gems (corr. hiems) L. 38. ut] est L. 39. ferebat E GL. seque arte pel. E. 40. ferebat E GL. sed et na. F. non na. sed om F (non GL). 41. eod. propheta FL(!) per] pro E GL. 42. Est et in E GL. a om. F. ad] uo E. illo EL: illa F GL. Aegypti om. FL (non GL). mu. animam E. 44. Erit

esset unius gentis civitas. **44.** Fit et in quantitate temporis a parte totum, sicut in passione Domini (Mat. 27, 45, etc.) reliquae sextae feriae, id est illae tres horae, totus dies accipitur. Et illud quod Apostolus dicit (Gal. 1, 18) mansisse apud Petrum 'diebus quindecim,' dum ibi et noctes intellegantur. Et in Genesis (1, 5) 'factum est vespere et mane dies unus,' dum per mane et vesperum totum diem ostendat et totam noctem. Et in Apocalypsin (2, 10) 'habebitis' inquit 'pressuram diebus decem,' quum in his omne tempus significet. **45.** Item a toto partem, sicut de quadringentis annis quibus in Aegypto moratus est populus Dei, abstractis exinde octoginta annis regni Ioseph veniunt reliqui servitutis Israel trecenti viginti anni, quos Deus quadringentos praedixerat (Gen. 15, 13). Et in Salomone (Sap. 7, 1) 'in utero matris figuratus sum,' caro decem mensuum pro nova. Et in Vergilio (Aen. 4, 701) 'mille trahit varios a<d>verso sole colores,' pro quattuor coloribus. **46.** Onomatopoeia est nomen de sono factum, ut 'tinnitus' aeris, 'clangor' tubarum. Dicta autem onomatopoeia ab imitando sonum vocis confusae, ut 'stridor' valvarum, 'hinnitus' equorum, 'mugitus' boum, 'balatus' ovium. **47.** Periphrasis est circumloquutio quae fit aut ornandae rei causa quae pulchra est aut vitandae quae turpis est, ut (Aen. 4, 584) 'et iam prima novo spargebat lumine terras,' et cetera. Et (Geo. 3, 135) 'nimio ne luxu obtunsior usus sit genitali arvo,' et cetera. **48.** Hic tropus geminus est. Nam aut veritatem splendide producit aut foeditatem circuitu evitat. Veritatem splendide producit, sicut (Aen. 4, 584) 'et iam prima novo spargebat lumine terras Tithoni croceum linquens Aurora cubile,' id est iam lucescebat aut dies ortus erat. Et in Bucolicis (1, 21) 'ovium teneros depellere fetus,' hoc est agnos. **49.** Item foeditatem circuitu evitat, sicut (Aen. 8, 405) 'placidumque petivit coniugis infusus gremio.' Hoc enim circuitu evitat foeditatem et decenter ostendit concubitum. Et Apostolus (Rom. 1, 26) 'mutaverat naturalem usum in eum

et in *L.* āpsls *F.* diebus *FL.* dies *E.* intellegantur *E.* quod et in *L.* (*non Gl.*). **45.** inde *L.* (*non Gl.*). pro novem *EL Gl.* **46.** dictum *F.* ad imitandum *EF Gl.* str. beluarum *EL.* **47.** causa *om. F.* **48.** circuit et ev. *L.* hoc est ag. *om. L.* **49.** circuit et ev. *L.* ut sicut *FL.* evenerat foed. dec.

usum qui est contra naturam,' et cetera. **50.** Hyperbaton est transcensio quaedam verborum ordinem turbans. Cuius species sunt quinque: hystherologia, anastrophe, parenthesis, tmesis, synthesis. **51.** Primus hyperbaton, hystherologia vel hysteron proteron, est sententia quum verbis ordo mutatur, ut (Aen. 1, 179) 'et torrere parant flammis et frangere saxo'; quum dicere debuit torrere flammis post frangere saxo. Item (Aen. 3, 662) 'postquam altos tetigit fluctus et ad aequora venit'; quum antea ad aequora venit et sic tetigit fluctus. Item in Georgicorum (1, 267) 'nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo'; dum antea granum frangatur et postea igne torreatur. **52.** Item in Aeneidos (1, 264) 'moresque viris et moenia ponit.' (Mores quippe leges dixit.) Prius enim moenia quam leges damus. Et in secundo (353) 'moriatur et in media arma ruamus'; dum antea quisque possit ruere et postea mori. Et in tertio (179) 'Anchisen facio certum remque ordine pando'; dum antea pandit et postea certum facit. **53.** Item ibi (4, 6) 'postera Phoebea lustrabat lampade terras humentemque Aurora polo dimoverat umbram'; prius enim umbram Aurora removet et postea Phoebi lampas refulget. Item in Georgicis (3, 61) 'desinit ante decem, post quattuor incipit annos'; dum antea sint quattuor et postea decem. **54.** Secundus, anastrophe, est verborum tantum ordo praeposterus, ut (Aen. 1, 13) 'Italiam contra,' pro contra Italiam. Item ut (Aen. 3, 75) 'litora circum,' pro circum litora. **55.** Parenthesis est interposita ratiocinatio divisae sententiae, ut (Aen. 1, 643) 'Aeneas—neque enim patrius consistere mentem passus amor—rapidum ad naves praemittit Achaten.' Debuit enim dicere: Aeneas rapidum praemittit Achaten. Item in sexto libro de Bruto (822) 'infelix, utquumque ferent ea facta minores.' Est enim ordo talis: infelix vicit amor patriae. Item in Psalmo (17, 42) 'clamaverunt—nec erat qui salvos faceret—ad Dominum, nec exaudivit eos.' **56.** Tmesis est unius compositi aut simplicis verbi sectio una dictione vel plurimis interiectis, ut (Geo. 3,

(om. et) *F.* item *Ap.* *E* āpsls *F.* in *del.* *F*². **51.** quum di. de.—saxo *om.* *E.* post] et *F.* qui antea *L.* georgicon *E.* **52.** possit quisque *E.* **53.** desinit] venit *E.* ante sint *E.* **54.** item ut lit. circ. inspicit umbra. *Paren.* *E.* **56.** massili *L.* massilitanas *L.* **57.** Item ut gero *E.* Bede (*Schem.* et *Trop.*

381) 'Septem subiecta Trioni,' pro Septemtrione; et ('Enn.' Ann. 609) 'saxo cere comminuit brum'; et ('Enn.' Ann. 610) 'Massali portabant iuvenes ad litora tanas.' Hoc est: Septentrioni, cerebrum et Massalitanas. Item ut (Aen. 1, 412) 'et multo nebulae circum dea fudit amictu,' pro circumfudit. **57.** Item 'Hiero quem genuit solymis Davidica proles,' pro Hierosolymis. Item (Eug. Tol. 1, 23) 'o Io versiculos nexos quia despicias annes,' pro Ioannes. **58.** Synthesis hyperbaton est ex omni parte confusum, ut (Aen. 1, 108) 'tris Notus abreptas in saxa latentia torquet, saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus, aras.' Etenim ordo talis est; tres abreptas Notus in saxa torquet, quae saxa in mediis fluctibus latentia Itali aras vocant. **59.** Synthesis, ubi ex omni parte confusa sunt verba, ut in primo Aeneidos (195) 'vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes litore Trinacrio dederatque abeuntibus heros dividit.' Nam debuit dicere: vina heros dividit quae bonus Acestes Trinacrio litore cadis onerarat et abeuntibus dederat; ista heros dividit, id est Aeneas. **60.** In secundo item (348):

incipio super his: iuvenes, fortissima frustra
pectora, si vobis audentem extrema cupido
certa sequi, quae sit rebus fortuna videtis:
excessere omnes adytis arisque relictis
di quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi
incensae; moriamur et in media arma ruamus.

61. Ordo talis est: iuvenes, fortissima pectora frustra, succurritis urbi incensae, quia excesserunt di; unde, si vobis cupido certa est me sequi audentem extrema, moriamur et in media arma ruamus. **62.** Item Ovidius (Met. 1, 1):

in nova fert animus mutatas dicere formas
corpora: di coeptis (nam vos mutatis et illas)
aspirate meis.

2, 10) does not know the name of this carver of *Hierosolymis*. **58.** 'est hyp. L. *Accedit G.* est enim ordo talis *F* (non *Gl.*). tris *E.* **59.** vi. vonos quae *E.* acates *F.* acates *F.* onerat (hon-*E*) *EF.* **60.** audendi (audiendi *E*) *codd.* (sed. cf. infra). cup. est *L.* ad. sacrisque *L.*: aditi sacrisque *G.* moriamur—(61) incensae *om. F.* **61.** est id est iuv. *E.* extra *G.* **62.** corpore *codd.* deceptis *E.* decepti *cett.* mutatis *etiam Gl.* **63.** decepti

63. Est enim ordo talis : fert animus in nova corpora mutatas dicere formas ; di, coeptis adspirare meis, nam et vos mutatis illas. **64.** Hyperbaton autem aut brevis est aut longus aut obscurus. Brevis, ubi parvae sententiae vel sermonis interpositio orationem decedit, ut supra dictum est. **65.** Longus, ubi multa interponuntur, ut est Pauli apostoli in principio ad Romanos : ‘ Paulus, servus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in evangelio Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem ; qui praedestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi, Domini nostri, per quem accepimus gratiam et apostolatam ad oboediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius ; in quibus estis et vos vocati Iesu Christi ; omnibus qui sunt Romae in caritate Dei vocatis sanctis : gratia vobis et pax a Deo, Patre nostro, et Domino Iesu Christo.’ **66.** Ecce longum hyperbaton in quo removes, de medio omnia et inter se prima et postrema ita coniungis : Paulus, servus Iesu Christi, omnibus qui sunt Romae in caritate Dei vocatis sanctis : gratia vobis et pax a Deo, Patre nostro, et Domino Iesu Christo. **67.** Item longus et obscurus hyperbaton, ut est a sancto Augustino in libro de doctrina Christiana ubi dicit (2, 38, 57) ‘ quae tamen omnia quisquis ita dilexerit ut iactare se inter peritos velit et non potius unde sint vera cognoscere, quae tantummodo vera esse persenserit, et unde quaedam non solum vera sed etiam incommutabilia esse comprehenderit, et sic ab ipsa specie corporum usque ad humanam mentem perveniens, quum et ipsam mutabilem invenierit, quod nunc docta, nunc indocta sit, constituta tamen intra incommutabilem, supra servitutem et mutabilia infra se cetera, ad unius Dei laudem atque dilectionem cuncta convertere, a quo cuncta esse cognoscit, doctus videri potest, esse autem

codd. mutatis etiam Gl. In fine De tripertito E (cf. 64). **64.** aüm LG : om. F. est om. L, breve G (om. est). br. lon. (om. aut.) E. dictum (om. est) F Gl. **65.** äpsli F. äpstls F. antea L (non Gl.) est ei ex L. mortuorum E Gl. . om. FL (G n.l.). Deficit G. **66.** removes EF Gl. : removebis L. coniungis E Gl. : coniunges FL. **67.** dilexerit] intellexerit L (non Gl.). ut] et F. int. inper. Gl. cogn. om FL. persenserint E. ipsa mut. E.

sapiens nullo modo.' **68.** Longum hyperbaton et obscurum! Qui hoc ordine patescit si removes de medio omnia et inter se prima et postrema ita iungis: quae omnia quisquis ita dilexerit ut iactare se inter peritos velit et non potius cognoscere unde sint vera, et ad unius Dei laudem atque dilectionem cuncta convertere, a quo cuncta esse cognoscit, doctus videri potest, esse autem sapiens nullo modo. **69.** Hyperbole est dictio fidem excedens augendi minuendive causa. Augendi, ut 'nive candidior.' Minuendi, ut 'tardior testudine.' **70.** Hyperbole dictum excelsitas fidem excedens ultra quam credendum est, ut (Aen. 3, 423) 'sidera verberat unda'; et (Aen. 1, 107) 'terram inter fluctus aperit; furit aestus arenis.' Hoc enim modo ultra fidem aliquid augetur, nec tamen a tramite significandae veritatis erratur, quamvis verba quae indicantur excedant, ut voluntas loquentis non fallentis appareat. **71.** Ut est hoc augendi, [ut] 'velocior aura.' Item 'durior saxo.' Item 'it clamor caelo.' Item in Psalmo (72, 9) 'posuerunt in caelo os suum.' Item et (Psalm. 67, 22) 'verticem capilli perambulantium in delictis suis,' id est in summitate capilli perambulare. **72.** Item in Evangelio (Io. 21, 25) 'sunt et alia multa quae fecit Iesus, quae si scriberentur per singula, nec ipsum arbitrator mundum capere eos qui scribendi sunt libros.' Item in Genesis (22, 17) 'faciam semen tuum sicut arena maris.' Quis enim non videat quod sit incomparabiliter amplius arenae numerus quam esse hominum omnium ab ipso Adam usque ad terminum saeculi? Quanto magis solum semen Abrahae! Quod ea loquutione dictum est quae vocatur hyperbole, quae utique tropica est, non propria. **73.** Item minuendi, ut 'mollior pluma,' 'frigidior nive.' **74.** Allegoria est tropus quo aliud significatur quam dicitur, ut est (Geo. 2, 542) 'set iam tempus equum fumantia solvere colla,' hoc est carmen finire.

intra] inter *E.* infra] in *L.* **68.** Longus *E.* obscurus *E.* quae *EF Gl.* si] in *F.* hinc *E:* hic *Gl.* et *om.* *F.* se *om.* *L.* (*non Gl.*). dilexerit *EF Gl.*: intellexerit *L.* ut] et *F.* inter imperitos *E Gl.* cognosceret *F.* sunt *E.L.* autem *om.* *F.* **70.** indicatur *F.* ut] aut *L.* **71.** ut *om.* *L.* (*non Gl.*). vertice *F.* dilectis *E.* id est] item *F.* **72.** si] s. (the sed-symbol) *E.* capere mundum *F.* si. harenam *ma.* *E:* si. stellas caeli et velut arenam quae est in litore *ma.* *Gl.* sint *L.* quod ad loquutionem *F.* utrumque *F.* tropice (*om.* est) *L.* **74.** quo] quod *E Gl.* est etiam tem,

75. Huius species multae sunt, ex quibus eminent septem, id est ironia, antiphrasis, aenigma, charientismos, paroemia, sarcasmos, astismos. 76. Allegoria dicta, id est alieniloquium. Aliud enim sonat, aliud intellegitur, ut (Aen. 1, 184) 'tres litore cervos conspicit errantes,' id est ubi tres duces belli Punici significantur, id est Hamilcarem, Hasdrubalem, Hannibalem; vel tria bella Punica. 77. Item in Bucolicis (3, 71) 'aurea mala decem misi,' id est ad Augustum decem Eclogas pastorum. Item Vergilius sub persona morientis Didonis ita expressit dicens (Aen. 4, 690) 'ter sese adtollens cubitoque adnixa levavit,' ubi ter Kartago rebellavit et victa est. Item (Aen. 4, 642) 'at trepida et coeptis inmanibus effera Dido sanguineam volvens [f]aciem'; per Didonem enim ostendit furentem Kartaginem. 78. Item (Ecl. 3, 111) 'claudite iam rivos, pueri; sat prata biberunt.' Allegorice hoc dixit, id est iam cantare desinite, satiati enim audiendo sumus. Item (Ecl. 8, 13) 'inter victrices hederas tibi serpere lauros,' id est carmen meum florere inter tuos triumphos. Nam antea victores lauro, hedera coronabantur poetae. 79. Item (Ecl. 9, 28) 'Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae cantantes sublime ferent ad sidera cygni.' Cygnos hic allegorice Mantuanos poetas, qui quasi cantantes dicunt; Mantua vae miserae. Qui abacti sunt de paludibus, id est de agris suis quando Cremonenses contra Augustum Antoni copias susceperunt, et agros eorum dividi iussit Caesar; Mantuani quoque <dis>persi sunt. 80. Ironia est tropus per contraria quod conatur ostendens, ut (Aen. 4, 93) 'egregiam vero laudem et spolia ampla refertis tuque puerque tuus,' et cetera. Hanc enim, nisi gravitas pronuntiationis adiuverit, confiteri videbitur quod negare contendit. 81. Ironia dicitur per pronuntiationem contrarium habens intellectum. ~~Aut~~ enim tropo callide aut per accusationem aut per insultationem aliquid dicitur. Ut est illud apud Vergilium (Aen. 1, 140) 'vestras, Eure, domos; illa se iactet in aula Aeolus et *codd.* 76. vel] et *F.* Pun. be. *L.* 77. There were pedants in those days too. ter se esse *E.* trepidam *FL.* 78. id] hoc *F* (*non Gl.*). 79. gigno sic all. *E.* poeta *F.* quia *F.* qua significantes dicit *E.* miserere *E.* After this word the letters n. u. c. may have stood in the archetype (*i.e.* nimium vicina Cremonae). est agr. (*om. de*) *F.* copia *E.* persi *etiam Gl.* 81. exultationem *E.* au. s. c. e.] clauso carcere *L.* 82. per] pro *E.* redemit red.

clauso ventorum carcere regnet.' Et quomodo aula si carcer est? Solvitur enim pronuntiatione. Nam iactet et aula ironia est, carcer vero pronuntiatio est. **82.** Item in Psalmis per accusationem (48, 8) 'frater non redimet, redimet homo.' Sed frater noster Christus est qui dixit (Io. 20, 17?): ite, dicite fratribus meis. Et dicis per contrariam pronuntiationem: si Christus nos non redimet, aliquis homo redempturus est? **83.** Item in Psalmis per insultationem laus, ubi dicit (39, 16) 'euge, euge.' Et in *Évangelio* (Mat. 26, 68) 'prophetiza nobis, Christe.' Quae tota per contrariam pronuntiationem adnuntiantur, quando laudando deridet. **84.** Et in *Regum*, quum Iezabel ad Achab in exprobratione loquuta est (3 *Reg.* 21, 7) 'grandis auctoritatis es et bene regis regnum Israel.' Quod utique non laudando sed exprobrando loquuta est. Item in *Evangelio secundum Ioannem* a Iudaeis illi caeco nato maledicentis voto dicitur (Io. 9, 28) 'tu discipulus illius sis'; cui e contrario benedicebant. **85.** Antiphrasis est unius verbi ironia, ut 'bellum,' 'lucus,' et 'Parcae.' Bellum, hoc est minime bellum. Et lucus, eo quod non luceat. Et Parcae, eo quod nulli parcant. Item 'mites et modesti,' quum sint terribiles et inmanes. Et 'Eumenidas,' eo quod nulli parcant vel bene faciant. Et 'mundus,' eo quod sit immundus. **86.** Hoc tropo et nanos 'Atlantes' vocamus, et caecos 'videntes,' et Aethiopas 'margaritas.' Item in *Iob* (2, 8 *Ital.*) 'si non in faciem benedixerit tibi,' id est maledixerit. Et in *Regum*, ubi in Naboth fictum crimen a calumniantibus nominatum est quod (3 *Reg.* 21, 13) 'benedixerit Deo et regi,' id est maledixerit. **87.** Inter ironiam autem et antiphrasin hoc distat quod ironia pronuntiatione sola indicat quod intellegi vult; ut puta quum dicimus homini agenti male 'bonum est quod facis.' Antiphrasis vero non voce pronuntiantis significat contrarium, sed suis tantummodo verbis contrario dicitur. Veluti dum quaesumus accipere quod ibi non est et respondetur nobis

h. *L2*. non *om.* *L.* **83.** pron. pronuntiatur *L.* **84.** secundum] s. (usually a sed-symbol) *E.* voto] voce? dicit *F.* qui *E.* **85.** parcant *FL*: parcent *E.* eumenides *L.* **86.** aethiopos *E.* non fac (*om.* in) *E.* *Reg.* in *Na.* si non ubi *E.* factum *F.* **87.** aūm *L.* homini] omni *F.* q. f. bon. est *E.* contrario di. *EF*: contrarium di. *L.* quaerimus *EL.* From Aug. Doct. Christ. 3, 29, 41.

'abundat.' Item 'cave illum quia bonus est homo,' pro malo. 88. Aenigma est obscura intelligentia per occultam similitudinem rerum, ut 'mater me genuit, eadem mox gignitur ex me'; quum significet aquam in glaciem concreescere et ex eodem rursus effluere. 89. Aenigma est obscura parabula sive obumbratus sensus qui difficile intellegitur nisi aperiatur. Ut est illud Esaiæ prophetae (66, 7) 'antequam parturiret peperit, et antequam veniret partus eius peperit masculum'; quod sic intellegitur: antequam Christum Virgo parfuriret in carne, genuit eum Pater in divinitate; et antequam tempus parturirendi veniret, genuit eum sine tempore Pater. 90. Item (Iudic. 14, 14) 'de comedente exivit cibus, et de forte egressa est dulcedo,' significans ex ore leonis favum abstractum. 91. Inter allegoriam autem et aenigma hoc interest quod allegoriae vis gemina est et sub res alias aliud figuraliter indicat. Sicut Isaac ad sacrificium ductus significabat humilem Christum; aries pro eo immolatus Christum passum. 92. Item in Exodo virga in serpentem, Christum in morte; serpens in virga, Christum post mortem reversurum ad pristinam regni potestatem, et cetera. 93. Aenigma vero est sensus obscurus et per quasdam imagines adumbratus, habens aut in sententia obscurum intellectum aut per similitudines alium sensum. Sicut puta (Physiolog.?) 'fertur leonis catulus dormiens patris fremitu suscitari'; quod refertur ad resurrectionem Christi; post somnum mortis resuscitatum potentia Patris, et cetera similia ad mores hominum pertinentia. 94. Charientismos tropus est quo dura dictu gratius proferuntur, uti quum interrogantibus nobis numquid nos quaesierit aliquis respondetur 'Bona Fortuna'; unde intellegitur neminem nos quaesivisse. 95. Paroemia est adcommodatum rebus temporibusque proverbium, ut 'adversus stimulum calces'; et 'lupus in fabula.'

bo. ho. est *E*: bo. est *F*. 88. intelligentia *FL*: sententia *E Gl.* significant *L* (non *Gl.*). 89. Christum *om. E.* genuit *EL Gl.*: peperit *F.* tem. virginis part. *E.* Pa. s. t. *L* (non *Gl.*). 90. abstractum *FL.* extractum *E Gl.* 91. Item all. *E.* aüm *L.* res arias *E.* aries—Christum *om. E.* 92. mortem *EF Gl.* virgam *EF.* 93. similitudinem aliquem se. *L* (non *Gl.*). resuscitati? 94. cf. Amer. Journ. Phil. 37, 37. est tropus *E Gl.* referuntur *E.* ut quum *E.* numquid *EL.* utrum *F.* al. qu. *F* (non *Gl.*). nos *om. E.* 95. Par. est etemia adc. *E.* adversus *F Gl.*: adversum *EL.* 96. contra] inter *EF Gl.*

96. Rebus, ut 'contra stimulum calces,' dum significatur adversis resistendum. 97. Temporibus, ut 'lupus in fabula.' Aiunt enim rustici vocem hominem perdere si eum lupus prior viderit; unde et quum subito tacenti dicitur istud proverbium 'lupus in fabula.' 98. Item in Propheta proverbium (Ezech. 16, 44) 'sicut mater, et filia.' 99. Sarcasmos est plena odio atque hostilis inrisio, ut (Aen. 12, 360) 'en agros et, quam bello, Troiane, petisti, Hesperiam metire iacens.' 100. Sarcasmos dicta hostilis inrisio cum amaritudine, ut (Aen. 2, 547):

referes ergo haec et nuntius ibis

Pelidae genitori, illi mea tristia facta (id est dicta)

degeneremque Neoptolemum narrare memento.

101. Astismos est tropus multiplex numerosaeque virtutis. Namque astismos putatur dictum omne quod simplicitate rustica caret et faceta satis urbanitate est expolitum. Ut est illud (Ecl. 3, 90) 'qui Bavium non odit amet tua carmina, Maevi, atque idem iungat vulpes et mulgeat hircos.' 102. Astismos contrarius est sarcasmo, eo quod astismos urbanitas est sine iracundia, ut illud (Ecl. 3, 90) 'qui Bavium non odit amet tua carmina, Maevi, atque idem iungat vulpes et mulgeat hircos.' Id est qui Bavium non odit pro poena ei contingat ut diligit Maevium. Fuerunt enim Maevius et Bavius poetae pessimi et inimici Vergilii. Qui hos ergo diligit faciat quae contra naturam sunt: iungat vulpes et mulgeat hircos. 103. Homoeosis est minus notae rei per similitudinem eius quae magis nota est demonstratio. Cuius species sunt tres: icon, parabole, paradigma. 104. Homoeosis Graece Latine similitudo; set tres species, icon imago, parabole conparatio, paradigma exemplum significat. 105. Icon est personarum inter se vel eorum quae personis accidunt conparatio, ut (Aen. 1, 589) 'os humerosque deo similis.' 106. Icon, similitudo conparativa ex simili rerum genere ad simile genus. Cuius figuram

dum *EL Gl.* cum *F.* 97. unde cum sub. tac. ist. verbum *L.* unde et equum sub. tac. dic. ist. prov. *F.* unde ei sub. tac. dic. ist. prov. *E.* et lup. in fa. *EF.* om. *L.* 100. id est dicta] either a marginal adscript or a lecturer's side-remark. 101. omne] mone *E.* 102. est contr. *E.* pessimi in 'I' mihi *E.* (So *E.* or its exemplar, was in the habit of changing Spanish *mici* to *mihī*). quae] quod *F.* 104. sed tres] seteatre *E.* significant *E.* 106.

Vergilius exsequitur. Ita ut (Aen. 4, 669) 'non aliter quam si inmissis ruat hostibus omnis Kartago.' Ecce propria comparatio de re cuius causa dicitur. Inde et conparationem dedit ubi res agebatur et proprio fecit exemplo. **107.** Ut (Aen. 4, 558) 'omnia Mercurio similis, vocemque coloremque et crines flavos et membra decora.' Congrua enim est similitudo de specie cuius persona inducitur. **108.** Parabole est rerum congrua dissimilium comparatio, ut (Aen. 2, 223) 'qualis mugitus fugit cum saucius aram taurus,' et cetera. **109.** Inter icon autem et parabole hoc distat quod in icon personarum inter se vel eorum quae personis accidunt comparatio, in parabole vero rerum dissimilium congrua comparatio est. **110.** Parabole, comparatio ex dissimilibus rebus, ut (Lucan. 1, 205) 'qualis in arvis aestiferae Libyae visus leo comminus hostem consedit'; ubi leoni Caesarem comparavit, non ex suo sed ex alio genere similitudinem faciens. Item in Evangelio, quum Christus de Herode dixit (Luc. 13, 32) 'vade, dic vulpi illi.' **111.** Paradeigma est praepositio exempli hortantis aut deterrentis. Hortantis, ut (Aen. 1, 242) 'Antenor potuit mediis elapsus Achivis Illyricos penetrare sinus,' et cetera. **112.** Deterrentis, ut (Aen. 7, 363) 'at non si<c> Phrygius penetrat Lacedaemona pastor Ledaemque Helenam Troianas vexit ad urbes.' **113.** Paradeigma dicta exemplum dicti vel facti alicuius, aut ex simili aut ex dissimili genere, conveniens eius quam proponimus rei. Ut est 'tam fortiter ruit apud Hipponem Scipio quam Uticae Cato.' **114.** Similitudo autem tribus modis fit: a pari, a maiore, a minore. A pari ad parem, ut (Aen. 1, 148) 'ac veluti magno in populo cum saepe coorta est seditio.' **115.** A maiore ad minus: (Lucan. 1, 151) 'qualiter expressum ventis huius *F*². figura *F*. ecce] haec *F*. propria *om. F*. dicitur *EL Gl.* inducitur *F* (cf. Is. Et. 1, 37, 32). ex proprio *EF Gl.* exemplum *E Gl.* **107.** Ut *om. F.* est] et *E.* mercuria *codd.* **108.** *substituit* **110** *E.* congrua] contra *F.* **109.** autem *om. F.* accidit *F* (*non Gl.*). comp. fit in *E Gl.* **110.** *Accedit iterum G.* Par. est ex *E*: Par. comp. et *F.* armis *codd.* leonem *Cae. FG* (*non Gl.*). alieno *E Gl.* vade *om. FG.* **111.** ex. pr. *E Gl.* hort.—urbes (**112**) *om. E.* **113.** Par. dicta *FGL.* et vocatur par. *E.* similitum *F.* aut ex diss. *bis E.* eius cum ponimus *F* (cf. ad 36). ut tam (*om.* est) *F.* periit yponem *L*: periit apud yponem *G.* **114.** aũm *LG.* modis *om. L.* **115.** A *om. E.* per] pro *F* (the symbol). **116.** Ad minori *E*: A maiori *F.* si pot. *Gl.* brevis] prelii *L*¹. si] i *E.*

per nubila fulmen.' 116. A minore ad maius: (Aen. 6, 119) 'potuit manes arcessere coniugis Orpheus Threicia fretus cithara fidibusque canoris.' Quasi dicat de re parva et brevi, cithara et fidibus. Et est figura: si ille cithara fretus, ego pietate.

Since the scribes can scarcely be trusted to write a line of Virgil correctly, a full apparatus criticus would crowd the pages with such contemptible vagaries as (for Aen. 1, 284) at VI 41: quum domus assirici phitiam clarasque micenas servitii praemit hac victus dominabitur argis *E*: cum domus assur iuphiti ait clarusque micenas ac victis dominabitur argis *F*: quum domus assarici priciam clarasque micenas servitii premit acuitis dominabitur agris *L*. I usually omitted Virgil-citation variants unless they threw light on a possible reading or on the text's tradition or on the relationship of the MSS. But I can provide complete detail to anyone who needs it. From the mongrel text, non-Spanish transcripts of a Spanish exemplar, little of Julian's actual spelling could be safely extracted (e.g. quum), and to sacrifice intelligibility to literal accuracy seemed pedantic. The libraries of Spain must be thoroughly searched before a scientific edition of Julian (if he deserves one) is possible. All the MSS. used by me go back to a corrupt text which had e.g. *uermibus* for *Vergilius* at VI 21. I followed the maxim 'longior lectio potior'; for *L* avows a wish to save vellum by its curt *et cetera* at IV 10, and murders the sense by its curtailment of the Cicero citation at V 34; and *E* omits chaps. I—II. Sometimes indeed a sentence found in *F*, but not in *EL*, looks like an interpolation, explanatory or illustrative. But the same may be said of some sentences found in all the MSS. (e.g. III 1). We cannot tell whether this treatise was a finished work of Julian, or merely a posthumous publication which incorporated all his additional jottings, or even nothing more than notes taken from Julian's lectures (see on IV 6). The title which I have assigned to it is more convenient than certain. The *Liber Glossarum* assigns no title, nor (we may almost say) do the MSS. ('Incipit tractatus de vitiis a diversis tractatibus collectus' is the title in *E* for chaps. III sqq.)

The treatise is mainly a *réchauffée* of previous grammarians (Audax, Donatus, &c.), and the source of each paragraph may easily be found with the help of Keil's indexes. For the rest, some points of more or less interest (but not Bible-citations) are mentioned in the following Index :—

- | | |
|--|--|
| African pronunciation—1, 25. | serviendam (for <i>servitutam</i>)—6, 41. |
| age pro euge (!)—4, 9. | Spanish symptoms in the MSS— |
| Apuleius—4, 4. | 1, 1; 1, 2; 1, 22?; 2, 6; |
| Aspiration (see H). | 2, 14; 2, 21; 3, 14; 3, 15; |
| Atlans 'dwarf'—6, 86. | 4, 3; 4, 15; 5, 9; 5, 17; |
| Brevis Brevians Law—1, 10. | 5, 18; 5, 24; 5, 31; 5, 38; |
| Comedians, Old Greek—6, 33. | 6, 9; 6, 11; 6, 14; 6, 16; |
| Faltering reader in church—1, 22. | 6, 18; 6, 20; 6, 25; 6, 26; |
| gnate (not 'nate') Aen. 1, 664—4, 6. | 6, 33; 6, 35; 6, 36; 6, 37; |
| H—1, 21. | 6, 41; 6, 44; 6, 49; 6, 57?; |
| Juvenal (15, 7) <i>caeruleos</i> —5, 27. | 6, 64; 6, 65; 6, 82; 6, 87; |
| laeta domus—6, 21; l. <i>espistula</i> — | 6, 91. |
| 6, 25. | tantundem (for <i>tantummodo</i>)—6, 14. |
| Lucilius—3, 4. | Varro Atac.—6, 4. |
| Margarita 'blackamoor'—6, 86. | Varro Reat. (Sat. Men. 578) <i>creb-</i> |
| mi 'Adverbium blandientis'—2, 7. | <i>rinodam</i> —6, 16. |
| mici—1, 21. | videns 'blind'—6, 86. |
| nicil—1, 21. | Virgil (Aen. 1, 664) <i>gnate</i> —4, 6. |
| paumentum—1, 10. | (Ecl. 9, 28)—6, 79. |
| Persius—6, 16. | vonus(?) pro bonus—4, 19. |
| quaad—2, 5. | vos not used for <i>tu</i> —2, 4. |

Cornell University Library
PA 8360.J8A7 1922

Julian of Toledo 'De vitis et figuris',



3 1924 008 359 063

olin

